Emile [illegible]

FUNDAMENTA NOVA

THEORIAE

FUNCTIONUM ELLIPTICARUM

AUCTORE

D. CAROLO GUSTAVO IACOBO IACOBI,

PROF. ORD. IN UNIV. REGIOM.

REGIOMONTI

SUMTIBUS FRATRUM BORNTRÆGER

1829.

PARISIIS apud Ponthieu & Co. Treuttel & Wuerz.

LONDINI apud Treuttel, Wuerz & Richter. H. W. Koller. Black, Young & Young.

AMSTELODAMI apud Mueller & Co. C. G. Sulpke.

PETROPOLI apud Graeff.

PROOEMIUM.

Ante biennium fere, cum theoriam functionum ellipticarum accuratius examinare placuit, incidi in quaestiones quasdam gravissimas, quae et theoriae illi novam faciem creare, et universam artem analyticam insigniter promovere videbantur. Quibus ad exitum felicem et propter difficultatem rei vix expectatum perductis, prima earum momenta breviter et sine demonstratione, mox cum vehementius illa desiderari, et invento novo vix fidem tribui videretur, addita demonstratione, cum Geometris communicavi. Urgebar simul, ut systema completum quaestionum a me susceptarum in publicum ederem. Cui desiderio ut ex parte saltem satisfacerem, fundamenta, quibus quaestiones meae superstructae sunt, in publicum edere constitui. Quae fundamenta nova theoriae functionum ellipticarum iam indulgentiae Geometrarum commendamus.

Ut a typographorum mendis, quantum fieri potuit, mundus evaderet liber, Cl. SCHERK curare voluit, cui ea de re valde me obstrictum esse profiteor. Quae emendanda restant, ad calcem adiecta sunt.

Scribebam m. Febr. a. 1829
ad Univ. Regiom.

INDEX RERUM.

DE

TRANSFORMATIONE FUNCTIONUM ELLIPTICARUM.

EXPOSITIO PROBLEMATIS GENERALIS DE TRANSFORMATIONE.

1.

Integralia maxime memorabilia, quae Formula exhibentur $\int \frac{d\varphi}{\sqrt{1-k^2 \sin\varphi^2}}$, et quae Functionum Ellipticarum, quae dicuntur, primam speciem constituunt, ab Argumento duplice pendent, et ab Amplitudine φ et a Modulo k. Eiusmodi functionis inter se comparatis valoribus, quos illa pro diversis Amplitudinibus obtinet, eodem manente Modulo, egregia multa detexerant Analystae, quae Additionem eorum et Multiplicationem spectant. Quam nuper vidimus quaestionem a Cl. *Abel* in Commentatione, nostra laude majore, mirum in modum provectam esse (V. *Crelle* Journal für reine und angewandte Mathematik V. II.).

Alia est quaestio nec minoris momenti — immo sensu latissimo capta illam involvens — de comparatione Functionum Ellipticarum pro Modulis instituenda diversis. Quam quaestionem post praeclara inventa Cl[d] *Legendre* — Theoriae Functionum Ellipticarum Conditoris — ad principia certa nos primi revocavimus, eiusque solutionem dedimus generalem (V. *Astronomische Nachrichten* A. 1827. No. 123. 127). Hanc nostram de Transformatione Theoriam et quae alia inde in Analysin Functionum Ellipticarum redundant, iam fusius exponemus.

A

2.

Problema, quod nobis proponimus, generale hoc est:

„*Quaeritur Functio rationalis y elementi x ejusmodi, ut sit:*

$$\frac{dy}{\sqrt{A'+B'y+C'y^2+D'y^3+E'y^4}}=\frac{dx}{\sqrt{A+Bx+Cx^2+Dx^3+Ex^4}}."$$

Quod Problema et Multiplicationem videmus amplecti et Transformationem.

Innumera iam diu constabant exempla eiusmodi functionum rationalium y, quae problemati proposito satisfaciunt. Primum notum erat, quicunque datus sit numerus integer impar n, eiusmodi functionem rationalem y exhiberi posse, ut sit:

$$\frac{dy}{\sqrt{A+By+Cy^2+Dy^3+Ey^4}}=\frac{n\,dx}{\sqrt{A+Bx+Cx^2+Dx^3+Ex^4}};$$

quod est de Multiplicatione theorema. Quem in finem adhiberi debet forma:

$$y=\frac{a+a'x+a''x^2+a'''x^3+\ldots+a^{(nn)}x^{nn}}{b+b'x+b''x^2+b'''x^3+\ldots+b^{(nn)}x^{nn}},$$

Coëfficientibus a, a′, a″, ...; b, b′, b″, ... rite determinatis. Satis diu etiam exploratum est, formam hanc:

$$y=\frac{a+a'x+a''x^2}{b+b'x+b''x^2},$$

seu hanc generaliorem:

$$y=\frac{a+a'x+a''x^2+a'''x^3+\ldots+a^{(2^m)}x^{2^m}}{b+b'x+b''x^2+b'''x^3+\ldots+b^{(2^m)}x^{2^m}},$$

quae ex illius substitutionis repetitione ortum ducit, ita determinari posse, ut solvat problema. Nuper admodum etiam probatum est a Cl° Legendre, eum in finem adhiberi posse formam hanc rite determinatam:

$$y=\frac{a+a'x+a''x^2+a'''x^3}{b+b'x+b''x^2+b'''x^3},$$

seu rursus, eadem substitutione repetita, hanc generaliorem:

$$y=\frac{a+a'x+a''x^2+a'''x^3+\ldots+a^{(3^m)}x^{3^m}}{b+b'x+b''x^2+b'''x^3+\ldots+b^{(3^m)}x^{3^m}}.$$

His inter se iunctis formis patet, problemati satisfieri posse, idonea facta Coëfficientium electione, posito:

$$y=\frac{a+a'x+a''x^2+a'''x^3+\ldots+a^{(p)}x^p}{b+b'x+b''x^2+b'''x^3+\ldots+b^{(p)}x^p},$$

siquidem p sit numerus formae $2^\alpha 3^\beta (2m+1)^2$. Iam sequentibus probabitur, idem valere, *quicunque sit* p *numerus*.

PRINCIPIA TRANSFORMATIONIS.

3.

Designentur per U, V functiones rationales integrae elementi x; sit porro $y = \frac{U}{V}$; fit:

$$\frac{dy}{\sqrt{A'+B'y+C'y^2+D'y^3+E'y^4}} = \frac{VdU-UdV}{\sqrt{Y}},$$

brevitatis causa posito:

$$Y = A'V^4 + B'V^3U + C'V^2U^2 + D'VU^3 + E'U^4.$$

Fractionem $\frac{VdU-UdV}{\sqrt{Y}}$ in formam simpliciorem redigere licet, quoties Y factores duplices habet; quin adeo, ubi praeter quatuor factores lineares inter se diversos e reliquorum numero bini inter se aequales existunt, fractio illa sponte in Differentiale Functionis Ellipticae redit $\frac{dx}{M\sqrt{A+Bx+Cx^2+Dx^3+Ex^4}}$, designante M functionem elementi x rationalem. Quem accuratius examinemus casum ac videamus, quot et quales sibi poscat Conditiones.

Sint functiones U, V altera p^{ti}, altera m^{ti} ordinis, ita ut $m \leqq p$: erit Y $(4p)^{ti}$ ordinis. Iam ut, quatuor factoribus linearibus exceptis, e reliquis functionis Y factoribus, quorum est numerus $4p-4$, bini inter se aequales evadant, $(2p-2)$ Conditionibus satisfaciendum erit. Quot enim functio proposita duplices habere debet factores lineares, tot inter Coëfficientes eius intercedere debent Aequationes Conditionales.

At functionibus U, V Quantitates Constantes Indeterminatae insunt $m+p+2$, seu potius $m+p+1$, quippe e quarum numero unam aliquam $=1$ ponere licet. Quarum igitur numero vel aequatur numerus Conditionum $2p-2$ vel ab eo superatur, modo supponatur, m esse aliquem e numeris $p-3$, $p-2$, $p-1$, p, quibus casibus numerus Indeterminatarum fit resp. $2p-2$, $2p-1$, $2p$, $2p+1$. Duos priores casus reiiciendos esse cum infra demonstrabitur, tum hunc in modum patet. Namque inventis functionibus U, V, quae functioni Y formam illam praescriptam conciliant, ubi loco x substituitur $\alpha+\beta x$, neque ordo mutatur functionum U, V, Y, neque numerus factorum duplicium functionis Y: unde in solutionem inventam statim duas Quantitates Arbitrarias in-

ferre licet. Itaque numerus Indeterminatarum numerum Conditionum duabus saltem unitatibus superare debet, unde casus $m=p-3$, $m=p-2$ reiiciendi sunt. Porro videmus, loco x posito $\frac{\alpha+\beta x}{1+\gamma x}$, tertium casum ad quartum reduci et quartum minime mutari, quo igitur casu Indeterminatarum tres et arbitrariae manent et manere debent.

Iam igitur evictum est, quantum quidem e numero Indeterminatarum et numero Conditionum inter se comparatis concludere licet, *quicunque sit p numerus, formam:*

$$y=\frac{a+a'x+a''x^2+\ldots+a^{(p)}x^p}{1+b'x+b''x^2+\ldots+b^{(p)}x^p};$$

ita determinari posse, ut sit:

$$\frac{dy}{\sqrt{A'+B'y+C'y^2+D'y^3+E'y^4}}=\frac{dx}{M\sqrt{A+Bx+Cx^2+Dx^3+Ex^4}}$$

designante M functionem rationalem ipsius x; imo solutionem tres Quantitates Arbitrarias involvere posse.

§. 4.

Ut determinetur functio illa M, sit $Y=(A+Bx+Cx^2+Dx^3+Ex^4)\,TT$, designante T functionem elementi x integram rationalem: erit

$$M=\frac{T}{V\frac{dU}{dx}-U.\frac{dV}{dx}}.$$

Ipsa T erit ordinis $(2p-2)^{ti}$; nec maioris esse potest $V\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx}$. Iam casibus quibusdam constat, scilicet ubi numerus p formam illam habet $2^{\alpha}\,3^{\beta}\,(2n+1)^2$, M adeo fieri Constantem. Idem generaliter probabitur sequentibus, quicunque sit p numerus.

Functiones U, V supponere possumus factorem communem non habere; adiecto enim factore communi, fractio $\frac{U}{V}=y$ non mutatur. Resolvamus expressionem

$$A'+B'y+C'y^2+D'y^3+E'y^4$$

in factores lineares, ita ut sit:

$$A'+B'y+C'y^2+D'y^3+E'y^4=A'.(1-\alpha'y).(1-\beta'y)(1-\gamma'y)(1-\delta'y),$$

unde etiam:

$$Y=A'V^4+B'V^3U+C'V^2U^2+D'VU^3+E'U^4=A'(V-\alpha'U)(V-\beta'U)(V-\gamma'U)(V-\delta'U).$$

Iam existere non potest factor, qui quantitatibus $V-\alpha'U$, $V-\beta'U$, $V-\gamma'U$, $V-\delta'U$ vel omnibus vel imo duabus tantum ex earum numero communis sit; idem enim et V et U simul metiretur, quas factorem communem non habere supposuimus. Itaque ubi factor aliquis linearis functionem Y bis metitur, idem unam aliquam e quantitatibus $V-\alpha'U$, $V-\beta'U$, $V-\gamma'U$, $V-\delta'U$ et ipsam bis metiatur necesse est.

Iam notentur aequationes sequentes:

$$(V-\alpha'U)\frac{dU}{dx}-\frac{d(V-\alpha'U)}{dx}.U=V\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx}$$
$$(V-\beta'U)\frac{dU}{dx}-\frac{d(V-\beta'U)}{dx}.U=V.\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx}$$
$$(V-\gamma'U)\frac{dU}{dx}-\frac{d(V-\gamma'U)}{dx}.U=V\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx}$$
$$(V-\delta'U)\frac{dU}{dx}-\frac{d(V-\delta'U)}{dx}.U=V.\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx},$$

e quibus sequitur, factorem qui unam aliquam e quantitatibus $V-\alpha'U$, $V-\beta'U$, $V-\gamma'U$, $V-\delta'U$, bis ideoque etiam eius differentiale metiatur, eundem metiri expressionem $V\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx}$. Productum vero ex omnibus istis factoribus, ipsam etiam Y bis metientibus, conflatum posuimus $=T$, unde T ipsam $V\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx}$ metietur. At T inferioris ordinis non est quam ipsa $V\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx}$, unde videmus

$$M=\frac{T}{V\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx}}$$

abire in Constantem.

Ceterum adnotemus, ubi functionum U, V altera inferioris ordinis fuisset quam $(p-1)^{ti}$, ipsam etiam $V\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx}$ inferioris ordinis fuisse quam T, quae tamen illam metiri debet; quod cum absurdum sit, reiici debebant casus $m=p-2$, $m=p-3$.

Iam igitur demonstratum est, *formam:*

$$y=\frac{a+a'x+a''x^2+\ldots+a^{(p)}x^p}{b+b'x+b''x^2+\ldots+b^{(p)}x^p},$$

quicunque sit numerus p, ita determinari posse, ut prodeat:

$$\frac{dy}{\sqrt{A'+B'y+C'y^2+D'y^3+E'y^4}}=\frac{dx}{\sqrt{A+Bx+Cx^2+Dx^3+Ex^4}}.$$

Quod est Principium in Theoria Transformationum Functionum Ellipticarum Fundamentale.

PROPONITUR EXPRESSIO $\frac{dy}{\sqrt{\pm(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}}$ IN FORMAM SIMPLICIOREM REDIGENDA $\frac{dx}{M\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}}$.

5.

Trium Constantium Arbitrariarum ope, quas solutionem Problematis nostri admittere vidimus, expressio $A+Bx+Cx^2+Dx^3+Ex^4$ in simpliciorem redigi potest hanc: $A(1-x^2)(1-k^2x^2)$. Ut hoc et reliqua, quae modo demonstrata sunt, exemplis etiam monstrentur, propositum sit, datam expressionem:

$$\frac{dy}{\sqrt{\pm(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}}$$

facta substitutione:

$$y=\frac{a+a'x+a''x^2}{b+b'x+b''x^2}$$

in simpliciorem transformare hanc:

$$\frac{dx}{M\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}}.$$

Quaeritur de substitutione adhibenda, de Modulo k et de factore Constante M e datis quantitatibus α, β, γ, δ determinandis.

Ponatur $a+a'x+a''x^2=U$, $b+b'x+b''x^2=V$, $y=\frac{U}{V}$: e principiis modo expositis fieri debet:

$$(U-\alpha V)(U-\beta V)(U-\gamma V)(U-\delta V)=K(1-x^2)(1-k^2x^2)(1+mx)^2(1+nx)^2,$$

designante K Constantem aliquam arbitrariam. Hinc videmus duos e numero factorum $U-\alpha V$, $U-\beta V$, $U-\gamma V$, $U-\delta V$, qui erunt secundi ordinis, adeo fieri quadrata. Ponamus igitur:

$$U-\gamma V=C(1+mx)^2$$
$$U-\delta V=D(1+nx)^2.$$

Iam quod reliquos attinet factores $U-\alpha V$, $U-\beta V$, poni poterit, aut:

$$U-\alpha V=A(1-x^2),\quad U-\beta V=B(1-k^2x^2),\ \text{aut:}$$
$$U-\alpha V=A.(1-x)(1-kx),\quad U-\beta V=B(1+x)(1+kx),$$

designantibus A, B, C, D quantitates Constantes. Prius reiiciendum erit. Prodiret enim $\frac{U-\alpha V}{U-\beta V}=\frac{y-\alpha}{y-\beta}=\frac{A}{B}\cdot\frac{1-x^2}{1-k^2x^2}$, unde sequeretur, elemento x in $-x$ mutato y immutatum manere, quod absurdum esse patet ex aequationibus:

$$\frac{U-\alpha V}{U-\gamma V}=\frac{y-\alpha}{y-\gamma}=\frac{A}{B}\cdot\frac{1-k^2}{(1+mx)^2}$$
$$\frac{U-\alpha V}{U-\delta V}=\frac{y-\alpha}{y-\delta}=\frac{A}{D}\cdot\frac{1-k^2}{(1+nx)^2}.$$

Poni igitur debet:

1) $U-\alpha V=A(1-x).(1-kx)$
2) $U-\beta V=B(1+x).(1+kx)$
3) $U-\gamma V=C(1+mx)^2$
4) $U-\delta V=D(1+nx)^2$.

Adnotare convenit, e Constantibus A, B, C, D unam aliquam ex arbitrio determinari posse.

6.

Videmus ex aequatione 1), et posito $x=1$ et posito $x=\frac{1}{k}$ fieri $U=\alpha V$. Hinc ex aequatione:

$$\frac{U-\gamma V}{U-\beta V}=\frac{C}{B}\cdot\frac{(1+mx)^2}{(1+x)(1+kx)},$$

posito $x=1$, prodit:

$$\frac{\alpha-\gamma}{\alpha-\beta}=\frac{C}{B}\cdot\frac{(1+m)^2}{2(1+k)};$$

posito $x=\frac{1}{k}$:

$$\frac{\alpha-\gamma}{\alpha-\beta}=\frac{C}{B}\cdot\frac{\left(1+\frac{m}{k}\right)^2}{2\left(1+\frac{1}{k}\right)},$$

unde:

$$(1+m)^2=k\left(1+\frac{m}{k}\right)^2.$$

Prorsus simili modo invenitur:

$$(1+n)^2 = k\left(1+\frac{n}{k}\right)^2.$$

unde $m=\sqrt{k}$, $n=-\sqrt{k}$. Neque enim aequales ponere licet m et n; tum enim expressio $\frac{U-\gamma V}{U-\delta V}=\frac{y-\gamma}{y-\delta}$, ideoque ipsa y abiret in Constantem.

Iam in aequatione:

$$\frac{U-\gamma V}{U-\delta V}=\frac{y-\gamma}{y-\delta}=\frac{C}{D}\cdot\left\{\frac{1+\sqrt{k}.x}{1-\sqrt{k}.x}\right\}^2$$

ponatur primum $x=+1$, quo casu $U=\alpha V$; deinde $x=-1$, quo casu $U=\beta V$: prodeunt duae aequationes sequentes:

$$\frac{\alpha-\gamma}{\alpha-\delta}=\frac{C}{D}\left\{\frac{1+\sqrt{k}}{1-\sqrt{k}}\right\}^2$$

$$\frac{\beta-\gamma}{\beta-\delta}=\frac{C}{D}\left\{\frac{1-\sqrt{k}}{1+\sqrt{k}}\right\}^2.$$

Quibus in se ductis aequationibus, fit:

$$\frac{C}{D}=\sqrt{\frac{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}{(\alpha-\delta)(\beta-\delta)}}.$$

unde ponere licet:

$$C=\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}$$

$$D=\sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\delta)};$$

nam e quantitatibus A, B, C, D una ex arbitrio determinari poterat.

Ex iisdem aequationibus, altera per alteram divisa, obtinemus:

$$\frac{1+\sqrt{k}}{1-\sqrt{k}}=\frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}}{\sqrt[4]{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}};$$

unde:

$$\sqrt{k}=\frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}-\sqrt[4]{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}+\sqrt[4]{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}.$$

Adnotetur adhuc formula:

$$\sqrt{k}+\frac{1}{\sqrt{k}}=2.\frac{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}+\sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}-\sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}.$$

unde:

$$(1-\sqrt{k})\left(1-\frac{1}{\sqrt{k}}\right)=\frac{-4\sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}-\sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}$$

$$(1+\sqrt{k})\left(1+\frac{1}{\sqrt{k}}\right)=\frac{+4\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}}{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}-\sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}.$$

Ut Constantes A, B, definiantur, observo, ex aequationibus 1), 2), 3), posito $x=\frac{1}{\sqrt{k}}$, quo facto $U=\delta V$, erui:

$$\frac{\delta-\alpha}{\delta-\gamma}=\frac{A(1-\sqrt{k})\left(1-\sqrt{\frac{1}{k}}\right)}{4\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}}$$

$$\frac{\delta-\beta}{\delta-\gamma}=\frac{B(1+\sqrt{k})\left(1+\sqrt{\frac{1}{k}}\right)}{4\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}},$$

unde:

$$A=\frac{-\sqrt{(\alpha-\gamma)(\alpha-\delta)}}{\gamma-\delta}\left\{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}-\sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}\right\}$$

$$B=\frac{\sqrt{(\beta-\gamma)(\beta-\delta)}}{\gamma-\delta}\left\{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}-\sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}\right\}.$$

7.

E principiis generalibus supra a nobis stabilitis sequitur, in exemplo nostro expressionem $V\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx}$ aequalem fore producto $(1+\sqrt{k}x)(1-\sqrt{k}x)$ in quantitatem constantem ducto, quod ita facto calculo comprobatur.

Fit, uti evolutione facta constat:

$$(\gamma-\delta)\left(V\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx}\right)=(V-\gamma U)\frac{d(V-\delta U)}{dx}-(V-\delta U)\frac{d(V-\gamma U)}{dx}.$$

Nacti autem sumus:

$$V-\gamma U=C(1+\sqrt{k}.x)^2$$
$$V-\delta U=D(1-\sqrt{k}.x)^2,$$

unde:

$$\frac{d(V-\gamma U)}{dx}=2C(1+\sqrt{k}.x)\sqrt{k}$$

$$\frac{d(V-\delta U)}{dx}=-2D(1-\sqrt{k}.x)\sqrt{k}.$$

Unde prodit:

$$(\gamma-\delta)\left(V\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx}\right)=+4\sqrt{k}\,.\,CD\,(1+\sqrt{k}\,.\,x)(1-\sqrt{k}\,.\,x).$$

His omnibus rite collectis, obtinemus:

$$\frac{dy}{\sqrt{-(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}}=\frac{+4\sqrt{k}}{\gamma-\delta}\,.\,\sqrt{\frac{CD}{-AB}}\,.\,\frac{dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}};$$

unde:

$$M=\frac{\gamma-\delta}{+4\sqrt{k}}\sqrt{\frac{-AB}{CD}}=\frac{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}-\sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{4\sqrt{k}}$$

$$=\left\{\frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}+\sqrt[4]{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{2}\right\}^2.$$

unde:

$$\frac{dy}{\sqrt{-(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}}=\frac{dx}{M\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}}=$$

$$\frac{dx}{\sqrt{1-xx}\sqrt{\left(\left(\frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}+\sqrt[4]{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{2}\right)^4-\left(\frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}-\sqrt[4]{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{2}\right)^4xx\right)}}.$$

Posito $(\alpha-\gamma).(\beta-\delta)=G$, $(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)=G'$, fit:

$$\frac{dx}{M.\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}}=\frac{dx}{\sqrt{1-x^2}\sqrt{\left(\frac{\sqrt[4]{G}+\sqrt[4]{G'}}{2}\right)^4-\left(\frac{\sqrt[4]{G}-\sqrt[4]{G'}}{2}\right)^4x^2}}.$$

Sit $G=mm$, $G'=nn$, sit porro:

$$m'=\frac{1}{2}(m+n),\quad n'=\sqrt{mn}$$

$$m''=\frac{1}{2}(m'+n'),\quad n''=\sqrt{m'n'},$$

erit, posito $x=\operatorname{Sin}\varphi$:

$$\frac{dx}{M\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}}=\frac{d\varphi}{\sqrt{m''m''\operatorname{Cos}\varphi^2+n''n''\operatorname{Sin}\varphi^2}}.$$

Ceterum valor ipsius x facillime computatur ope formulae:

$$\frac{1-\sqrt{k}.x}{1+\sqrt{k}.x}=\sqrt[4]{\frac{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}{(\alpha-\delta)(\beta-\delta)}}\,.\,\sqrt{\frac{y-\delta}{y-\gamma}},$$

ubi:

$$\sqrt{k}=\frac{\sqrt[4]{G}-\sqrt[4]{G'}}{\sqrt[4]{G}+\sqrt[4]{G'}}=\sqrt[4]{\frac{m''m''-n''n''}{m''m''}}.$$

8.

Quantitates α, β, γ, δ in formulis propositis ex arbitrio inter se permutare licet. Quod in arbitrio nostro positum certum fit ac definitum, simulac conditio addatur, ut, siquidem fieri possit, transformatio per substitutionem realem succedat. Id quod accuratius examinemus.

Ponamus, quantitates α, β, γ, δ reales esse omnes; sit porro $\alpha>\beta>\gamma>\delta$, ita ut $\alpha-\beta$, $\alpha-\gamma$, $\alpha-\delta$ sint quantitates positivae. Iam distinguendum erit pro limitibus, inter quos valor argumenti y continetur:

1) δ et γ, 2) γ et β, 3) β et α, 4) α et δ.

Casu postremo transitum ab α ad δ per infinitum fieri puta. Expressionem $\frac{1}{\sqrt{(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}}$ non nisi casu secundo et quarto, expressionem $\frac{1}{\sqrt{-(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}}$ non nisi casu primo et tertio realem fieri videmus. Substitutiones reales, quae quatuor illis casibus respondent, Tabula I. indicabit. Deinde Tabula II. formulas amplectamur, quae expressioni $\frac{dy}{\sqrt{\pm(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)}}$ per substitutionem realem in simpliciorem transformandae inserviunt, pro limitibus, inter quos valor argumenti y continetur:

1) $-\infty$ et γ, 2) γ et β, 3) β et α, 4) α et $+\infty$.

Quas formulas dividendo per δ ac tum ponendo $\delta=-\infty$ facile e Tabula I. derivare licet.

TABULA I.

A. $$\frac{dy}{\sqrt{(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}} = \frac{dx}{\sqrt{1-x^2}\,\sqrt{L^4+N^4x^2}}$$

$$L = \frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} + \sqrt[4]{(\alpha-\beta)(\gamma-\delta)}}{2}$$

$$N = \frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} - \sqrt[4]{(\alpha-\beta)(\gamma-\delta)}}{2}$$

I. Limites: $\alpha \,..\, \pm\infty \,..\, \delta$: $$\frac{L-Nx}{L+Nx} = \sqrt[4]{\frac{(\alpha-\beta)(\beta-\delta)}{(\alpha-\gamma)(\gamma-\delta)}}\cdot\sqrt{\frac{y-\gamma}{y-\beta}}$$

II. Limites: $\gamma \,\ldots\ldots\, \beta$: $$\frac{L-Nx}{L+Nx} = \sqrt[4]{\frac{(\beta-\delta)(\gamma-\delta)}{(\alpha-\beta)(\alpha-\gamma)}}\,\sqrt{\frac{\alpha-y}{y-\delta}}\,.$$

B. $$\frac{dy}{\sqrt{-(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}} = \frac{dx}{\sqrt{1-x^2}\,\sqrt{L^4-N^4x^2}}$$

$$L = \frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} + \sqrt[4]{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{2}$$

$$N = \frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} - \sqrt[4]{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{2}$$

I. Limites: $\beta \,\ldots\ldots\, \alpha$: $$\frac{L-Nx}{L+Nx} = \sqrt[4]{\frac{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}{(\alpha-\delta)(\beta-\delta)}}\cdot\sqrt{\frac{y-\delta}{y-\gamma}}$$

II. Limites: $\delta \,\ldots\ldots\, \gamma$: $$\frac{L-Nx}{L+Nx} = \sqrt[4]{\frac{(\alpha-\gamma)(\alpha-\delta)}{(\beta-\gamma)(\beta-\delta)}}\,\sqrt{\frac{\beta-y}{\alpha-y}}\,.$$

TABULA II.

A. $$\frac{dy}{\sqrt{(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)}}=\frac{dx}{\sqrt{1-x^2}\,\sqrt{L^4-N^4x^2}}$$

$$L=\frac{\sqrt[4]{\alpha-\gamma}+\sqrt[4]{\alpha-\beta}}{2}$$

$$N=\frac{\sqrt[4]{\alpha-\gamma}-\sqrt[4]{\alpha-\beta}}{2}$$

I. Limites $\alpha \ldots\ldots +\infty$: $\dfrac{L-Nx}{L+Nx}=\sqrt[4]{\dfrac{\alpha-\beta}{\alpha-\gamma}}\,\sqrt{\dfrac{y-\gamma}{y-\beta}}$

II. Limites $\gamma \ldots\ldots \beta$: $\dfrac{L-Nx}{L+Nx}=\dfrac{\sqrt{\alpha-y}}{\sqrt[4]{(\alpha-\beta)(\alpha-\gamma)}}$.

B. $$\frac{dy}{\sqrt{-(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)}}=\frac{dx}{\sqrt{1-x^2}\,\sqrt{L^4-N^4x^2}}$$

$$L=\frac{\sqrt[4]{\alpha-\gamma}+\sqrt[4]{\beta-\gamma}}{2}$$

$$N=\frac{\sqrt[4]{\alpha-\gamma}-\sqrt[4]{\beta-\gamma}}{2}$$

I. Limites $\beta \ldots\ldots \alpha$: $\dfrac{L-Nx}{L+Nx}=\dfrac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}}{\sqrt{y-\gamma}}$

II. Limites $-\infty \ldots \gamma$: $\dfrac{L-Nx}{L+Nx}=\sqrt[4]{\dfrac{\alpha-\gamma}{\beta-\gamma}}\,\sqrt{\dfrac{\beta-y}{\alpha-y}}$.

9.

In formulis hisce pro limitibus assignatis simul x a -1 usque ad $+1$ atque y ab altero limite ad alterum transit. Limitibus autem, qui formulis I et II respondent, inter se commutatis, expressioni $\frac{L-Nx}{L+Nx}$ videmus valorem imaginarium creari formae $\pm iR$, posito $i=\sqrt{-1}$, ac designante R quantitatem aliquam realem; ipsi x autem conciliari formam $\frac{Le^{i\varphi}}{N}=\frac{e^{i\varphi}}{\sqrt{k}}$; unde $\frac{L-Nx}{L+Nx}=\frac{1-e^{i\varphi}}{1+e^{i\varphi}}=\frac{e^{-\frac{i\varphi}{2}}-e^{\frac{i\varphi}{2}}}{e^{-\frac{i\varphi}{2}}+e^{\frac{i\varphi}{2}}}=-i\,\mathrm{tang}\,\frac{\varphi}{2}$.

Formam, ad quam hac occasione delati sumus, $x=\frac{e^{i\varphi}}{\sqrt{k}}$ in expressione $\frac{dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}}$ substituamus. Prodit:

$$\frac{dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}}=\frac{ie^{i\varphi}d\varphi}{\sqrt{k}\cdot\sqrt{\left(1-\frac{e^{2i\varphi}}{k}\right)\left(1-ke^{2i\varphi}\right)}}=\frac{d\varphi}{\sqrt{\left(1-ke^{2i\varphi}\right)\left(1-ke^{-2i\varphi}\right)}}$$

$$=\frac{d\varphi}{\sqrt{1-2k\cos 2\varphi+kk}}=\frac{d\varphi}{\sqrt{(1-k)^2\cos\varphi^2+(1+k)^2\sin\varphi^2}}.$$

Quae nobis quidem substitutio satis memorabilis esse videtur. E qua etiam generalior formula fluit sequens, ponendo $x=\sin\psi$:

$$\frac{k^n\sin\psi^{2n}\,d\psi}{\sqrt{1-k^2\sin\psi^2}}=\frac{(\cos 2n\varphi+i\sin 2n\varphi)\,d\varphi}{\sqrt{1-2k\cos 2\varphi+kk}},$$

unde pro limitibus 0 et π obtinetur, evanescente parte imaginaria:

$$\int_0^\pi\frac{k^n\sin\psi^{2n}\,d\psi}{\sqrt{1-k^2\sin\psi^2}}=\int_0^\pi\frac{\cos 2n\varphi\,d\varphi}{\sqrt{1-2k\cos 2\varphi+kk}}=\int_0^\pi\frac{\cos n\varphi\,d\varphi}{\sqrt{1-2k\cos\varphi+kk}},$$

quae est demonstratio succincta formulae memorabilis a Cl. Legendre proditae. E Tabulis I et II duas alias derivare licet sequentes, commutatis limitibus, inter quos valor ipsius y continetur, ac posito $x=\frac{Le^{i\varphi}}{N}$. Pro limitibus assignatis angulus φ inde a 0 usque ad π crescit, dum y ab altero limite ad alterum transit.

TABULA III.

A. $$\frac{dy}{\sqrt{(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}} = \frac{d\varphi}{\sqrt{mm\cos\varphi^2 + nn\sin\varphi^2}}$$

$$m = \sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)(\alpha-\beta)(\gamma-\delta)}$$

$$n = \frac{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} + \sqrt{(\alpha-\beta)(\gamma-\delta)}}{2}$$

I. Limites $\gamma \ldots \beta$: $$\operatorname{tg}\frac{\varphi}{2} = \sqrt[4]{\frac{(\alpha-\beta)(\beta-\delta)}{(\alpha-\gamma)(\gamma-\delta)}}\sqrt{\frac{y-\gamma}{\beta-y}}$$

II. Limites $\alpha \ldots \delta$: $$\operatorname{tg}\frac{\varphi}{2} = \sqrt[4]{\frac{(\alpha-\beta)(\alpha-\gamma)}{(\beta-\delta)(\gamma-\delta)}}\sqrt{\frac{y-\alpha}{y-\delta}}.$$

B. $$\frac{dy}{\sqrt{-(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}} = \frac{d\varphi}{\sqrt{mm\cos\varphi^2 + nn\sin\varphi^2}}$$

$$m = \sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}$$

$$n = \frac{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} + \sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{2}$$

I. Limites $\delta \ldots \gamma$: $$\operatorname{tg}\frac{\varphi}{2} = \sqrt[4]{\frac{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}{(\alpha-\delta)(\beta-\delta)}}\sqrt{\frac{y-\delta}{\gamma-y}}$$

II. Limites $\beta \ldots \alpha$: $$\operatorname{tg}\frac{\varphi}{2} = \sqrt[4]{\frac{(\alpha-\gamma)(\alpha-\delta)}{(\beta-\gamma)(\beta-\delta)}}\sqrt{\frac{y-\beta}{\alpha-y}}.$$

TABULA IV.

A.
$$\frac{dy}{\sqrt{(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)}}=\frac{d\Phi}{\sqrt{mm\cos\Phi^2+nn\sin\Phi^2}}$$

$$m=\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\alpha-\beta)}$$

$$n=\frac{\sqrt{\alpha-\gamma}+\sqrt{\alpha-\beta}}{2}$$

I. Limites $\gamma \ldots \beta$: $\quad \operatorname{tg}\frac{\Phi}{2}=\sqrt[4]{\frac{\alpha-\beta}{\alpha-\gamma}}\sqrt{\frac{y-\gamma}{\beta-y}}$

II. Limites $\alpha \ldots +\infty$: $\quad \operatorname{tg}\frac{\Phi}{2}=\frac{\sqrt{y-\alpha}}{\sqrt[4]{(\alpha-\beta)(\alpha-\gamma)}}$.

B.
$$\frac{dy}{\sqrt{-(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)}}=\frac{d\Phi}{\sqrt{mm\cos\Phi^2+nn\sin\Phi^2}}$$

$$m=\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}$$

$$n=\frac{\sqrt{\alpha-\gamma}+\sqrt{\beta-\gamma}}{2}$$

I. Limites $-\infty \ldots \gamma$: $\quad \operatorname{tg}\frac{\Phi}{2}=\frac{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}}{\sqrt{\gamma-y}}$

II. Limites $\beta \ldots \alpha$: $\quad \operatorname{tg}\frac{\Phi}{2}=\sqrt[4]{\frac{\alpha-\gamma}{\beta-\gamma}}\sqrt{\frac{y-\beta}{\alpha-y}}$.

Fusius hanc quaestionem tractavimus, ut adsit exemplum elaboratum. Restant adhuc casus, quibus quantitatum α, β, γ, δ vel duae vel quatuor imaginariae sunt. Casus prior et ipse solutionem realem admittit, quae tamen specie imaginarii laborat. Casus posterior eiusmodi solutionem realem omnino non admittit. Quare ut omnia ad realia revocentur, novis transformationibus opus erit, unde concinnitas formularum perit. Cui igitur quaestioni supersedemus.

Substitutioni propositae alia respondet, eius inversa, formae

$$x = \frac{a + a'y + a''y^2}{b + b'y + b''y^2},$$

quae et ipsa formulas elegantissimas suppeditat. Cum vero fortasse iam nimis diu huic quaestioni immorari videamur, eius investigationem ad aliam occasionem relegamus. Revertimur ad quaestiones generales.

DE TRANSFORMATIONE EXPRESSIONIS $\frac{dy}{\sqrt{1-y^2}\cdot\sqrt{1-\lambda^2 y^2}}$ IN ALIAM EIUS SIMILEM $\frac{dx}{M\sqrt{1-x^2}\sqrt{1-k^2x^2}}$.

10.

Vidimus, datam expressionem:

$$\frac{dy}{\sqrt{A' + B'y + C'y^2 + D'y^3 + E'y^4}}$$

per substitutionem adhibitam huiusmodi:

$$y = \frac{a + a'x + a''x^2 + \ldots + a^{(p)}x^p}{b + b'x + b''x^2 + \ldots + b^{(p)}x^p} = \frac{U}{V},$$

quicunque sit numerus p, in aliam eius similem transformari posse:

$$\frac{dx}{\sqrt{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4}}.$$

Eiusmodi substitutio cum a datis Coëfficientibus A', B', C', D', E' pendet, tum vero maxime a numero p, quippe qui exponentem designat dignitatis summae, quae in functionibus rationalibus U, V invenitur. Quamobrem in sequentibus dicemus, eius-

modi substitutionem s. transformationem *p^{ti} ordinis esse s. ad p^{tum} ordinem sive simplicius ad numerum* p *pertinere.*

Iam indolem harum substitutionum accuratius examinaturi, missam faciamus formam illam complexiorem:

$$\frac{dy}{\sqrt{A+By+Cy^2+Dy^3+Ey^4}},$$

ac quaeramus de simpliciori hac $\frac{dy}{\sqrt{1-y^2}.\sqrt{1-\lambda^2y^2}}$, ad quam illam revocari posse et vidimus et notum est, in aliam eius similem $\frac{dx}{M\sqrt{1-x^2}\sqrt{1-k^2x^2}}$ transformanda.

Quaestionis propositae natura rite perpensa, problemati satisfieri invenitur, siquidem functionum U, V altera impar, altera par esse statuatur, id quod iam exempla innuunt ab Analystis hactenus explorata. Qua in re maxime distinguendum erit inter casum, quo imparis functionis ordo paris ordine minor et eum quo maior est paris ordine; sive inter casum quo transformatio ad numerum parem et eum quo ad numerum imparem pertinet.

Iam igitur *primum* probemus, transformationem succedere adhibita substitutione ordinis paris seu formae:

$$y=\frac{x\left(a+a'x^2+a''x^4+\ldots+a^{(m-1)}x^{2m-2}\right)}{1+b'x^2+b''x^4+\ldots+b^{(m)}x^{2m}}=\frac{U}{V}.$$

Hic functiones $V+U$, $V-U$, $V+\lambda U$, $V-\lambda U$ et ipsae erunt ordinis paris, unde ponamus:

1) $V+U=(1+x)(1+kx)AA$
2) $V-U=(1-x)(1-kx)BB$
3) $V+\lambda U=CC$
4) $V-\lambda U=DD$;

designantibus A, B, C, D functiones elementi x rationales integras. Quibus aequationibus simulac satisfactum erit, eruetur, uti probavimus:

$$\frac{dy}{\sqrt{1-y^2}\sqrt{1-\lambda^2y}}=\frac{dx}{M\sqrt{1-x^2}\sqrt{1-k^2x^2}}.$$

Mutato x in $-x$ cum U in $-U$ abeat, V autem non mutetur, ex aequationibus 1), 3) reliquae 2), 4) sponte fluunt. Ut aequationibus 1), 3) satisfiat, $V+\lambda U$ m vicibus,

$V+U$ $(m-1)$ vicibus duos inter se aequales habere debet factores lineares; insuper ipsi $V+U$ etiam factor $1+x$ assignari debet. Quae omnia Aequationes Conditionales sibi poscunt numero $m+m-1+1=2m$, qui et ipse est numerus Indeterminatarum $a, a', \ldots a^{(m-1)}; b', b'', \ldots b^{(m)}$. Unde problema propositum est determinatum.

Secundo loco probemus, succedere etiam transformationem, adhibita substitutione huiusmodi:

$$y=\frac{x\left(a+a'x^2+a''x^4+\ldots+a^{(m)}x^{2m}\right)}{1+b'x^2+b''x^4+\ldots\ldots+b^{(m)}x^{2m}}=\frac{U}{V};$$

quae ad numerum imparem pertinet. Hic $V+U$, $V-U$, $V+\lambda U$, $V-\lambda U$ et ipsae sunt imparis ordinis, unde ponamus:

$$\begin{aligned}
&1)\quad V+U=(1+x)AA\\
&2)\quad V-U=(1-x)BB\\
&3)\quad V+\lambda U=(1+kx)CC\\
&4)\quad V-\lambda U=(1-kx)DD.
\end{aligned}$$

Hic quoque solummodo aequationibus 1), 3) satisfaciendum erit, quippe e quibus mutando x in $-x$ duae reliquae sponte manant. Ut illis satisfiat, et $V+U$, et $V+\lambda U$ singulae m vicibus duos inter se aequales habeant factores lineares necesse est, quem in finem $2m$ Aequationibus Conditionalibus satisfaciendum erit, quibus una accedit, ut insuper $V+U$ nanciscatur $(1+x)$ factorem. Hinc numerum Aequationum Conditionalium esse videmus $2m+1$, qui et ipse est numerus Indeterminatarum $a, a', a'', \ldots a^{(m)}; b', b'', \ldots b^{(m)}$; unde et hoc casu determinatum est problema.

11.

Designentur per U', V' functiones elementi y integrae rationales eiusmodi, ut posito $z=\frac{U'}{V'}$, eruatur:

$$\frac{dz}{\sqrt{1-z^2}\sqrt{1-\mu^2z^2}}=\frac{dy}{M'\sqrt{1-y^2}\sqrt{1-\lambda^2y^2}}.$$

Sit ea, quae adhibita est, substitutio $z=\frac{U'}{V'}$ ordinis p'^{ti}; ac per aliam substitutionem

$y = \frac{U}{V}$, (designantibus U, V, ut supra, functiones elementi x rationales integras,) quae sit ordinis p^{ti}, eruatur, ut supra:

$$\frac{dy}{\sqrt{1-y^2}\sqrt{1-\lambda^2 y^2}} = \frac{dx}{M\sqrt{1-x^2}\sqrt{1-k^2 x^2}}.$$

Iam substituto valore $y = \frac{U}{V}$ in expressione $z = \frac{U'}{V'}$, nascatur $z = \frac{U''}{V''}$; erit una illa substitutio $z = \frac{U''}{V''}$, qua adhibita eruitur:

$$\frac{dz}{\sqrt{1-z^2}\sqrt{1-\mu^2 z^2}} = \frac{dx}{MM'\sqrt{1-x^2}\sqrt{1-k^2 x^2}}$$

ordinis $(pp')^{ti}$. Ita videmus, e pluribus transformationibus, quae resp. ad numeros p, p', p'', ... pertinent, successive adhibitis, unam componi posse, quae ad numerum $pp'p''$ ... pertinet. Nec non vice versâ, quod tamen in praesentiarum non probabimus, transformationem, quae ad numerum aliquem compositum $pp'p''$ .. pertinet, semper ex aliis successive adhibitis componere licet, quae resp. ad numeros p, p', p''.. pertinent. Quamobrem eas tantummodo investigari oportet transformationes, quae ad numerum pertineant *primum*, quippe e quibus cunctas componere licet reliquas. Iam igitur in sequentibus missum faciamus casum primum, qui ordinem transformationis parem spectat, quippe quem semper componere licet e transformatione imparis ordinis et transformatione, quae ad numerum 2 pertinet, identidem, ubi opus erit, repetita. Casum *secundum* autem seu transformationes imparis ordinis iam propius examinemus.

12.

Videmus eo casu functiones duas, alteram V parem $2m^{ti}$ ordinis, alteram U imparem $(2m+1)^{ti}$ ordinis ita determinandas esse, ut sit:

$$V + U = (1+x)AA$$
$$V + \lambda U = (1+kx)CC.$$

Iam dico, si quidem ita functiones U, V determinentur, ut loco x posito $\frac{1}{kx}$ *abeat* $y = \frac{U}{V}$ *in* $\frac{1}{\lambda y} = \frac{V}{\lambda U}$: *aequationes illas alteram ex altera sponte sequi.*

Ponamus $V=\Phi(x^2)$, $U=xF(x^2)$; videmus expressionem $y=\frac{xF(x^2)}{\Phi(x^2)}$ loco x posito $\frac{1}{kx}$ abire in

$$\frac{F\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)}{kx\Phi\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)}=\frac{x^{2m}F\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)}{kx.x^{2m}\Phi\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)},$$

ubi $x^{2m}F\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)$, $x^{2m}\Phi\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)$ sunt functiones integrae. Quod ut aequale fiat expressioni $\frac{1}{\lambda y}=\frac{V}{\lambda U}=\frac{\Phi x^2}{\lambda x F(x^2)}$, sequentes obtinere debent aequationes:

$$\Phi(x^2)=px^{2m}F\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)$$

$$\lambda F(x^2)=pkx^{2m}\Phi\left(\frac{1}{k^2x^2}\right),$$

designante p quantitatem Constantem. Ubi in his aequationibus rursus ponimus $\frac{1}{kx}$ loco x nanciscimur:

$$\Phi\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)=\frac{p}{k^{2m}x^{2m}}F(x^2)$$

$$\lambda F\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)=\frac{pk}{k^{2m}x^{2m}}\Phi(x^2).$$

Quibus cum prioribus comparatis aequationibus, obtinemus $\frac{p}{k^{2m}}=\frac{\lambda}{pk}$, unde

$$p=\sqrt{\lambda k^{2m-1}}.$$

Hinc fit:

$$\Phi(x^2)=x^{2m}\sqrt{\lambda k^{2m-1}}\,F\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)$$

$$F(x^2)=x^{2m}\sqrt{\frac{k^{2m+1}}{\lambda}}\,\Phi\left(\frac{1}{k^2x^2}\right),$$

quarum aequationum altera ex altera sequitur.

Iam quoties expressio:

$$\frac{V+U}{1+x}=\frac{\Phi(x^2)+xF(x^2)}{1+x}$$

quadratum est functionis elementi x integrae rationalis, idem etiam valebit de alia, quae

ex illa derivatur ponendo $\frac{1}{kx}$ loco x ac multiplicando per $x^{2m}\sqrt{\lambda k^{2m-1}}$. Quo facto obtinemus, *siquidem* $\frac{V+U}{1+x}$ *quadratum sit, functionem:*

$$x^{2m}\sqrt{\lambda k^{2m-1}}\;\frac{\varphi\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)+\frac{1}{kx}F\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)}{1+\frac{1}{kx}}$$

$$=\frac{\sqrt{\lambda k^{2m-1}}\,x^{2m}F\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)+\sqrt{\lambda k^{2m+1}}\,x^{2m+1}\varphi\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)}{1+kx}$$

$$=\frac{\varphi(x^2)+\lambda x F(x^2)}{1+kx}=\frac{V+\lambda U}{1+kx},$$

et ipsam quadratum fore. Q. D. E.

Itaque eo revocatum est problema, ut expressio:

$$\frac{\varphi(x^2)+\sqrt{\frac{k^{2m+1}}{\lambda}}\,x^{2m+1}\varphi\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)}{1+x}=\frac{V+U}{1+x}.$$

Quadratum reddatur, designante $\varphi(x^2)$ expressionem huiusmodi:

$$\varphi(x^2)=V=b+b'x^2+b''x^4+\ldots+b^{(m)}x^{2m}.$$

Fit autem, posito $U=xF(x^2)=x(a+a'x^2+a''x^4+\ldots+a^{(m)}x^{2m})$, cum sit $U=xF(x^2)=\sqrt{\frac{k^{2m+1}}{\lambda}}\,x^{2m+1}\varphi\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)$:

$$\mathcal{H}\begin{cases} a=\sqrt{\frac{k}{\lambda}}\cdot\frac{b^{(m)}}{k^m}; \quad a'=\sqrt{\frac{k}{\lambda}}\cdot\frac{b^{(m-1)}}{k^{m-2}}, \quad a''=\sqrt{\frac{k}{\lambda}}\cdot\frac{b^{(m-2)}}{k^{m-4}}, \ldots \\ a^{(m)}=\sqrt{\frac{k}{\lambda}}\cdot k^m; \quad a^{(m-1)}=\sqrt{\frac{k}{\lambda}}\cdot b'k^{m-2}, \quad a^{(m-2)}=\sqrt{\frac{k}{\lambda}}\cdot b''k^{m-4}, \ldots \end{cases}$$

Iam ad exempla delabimur.

PROPONITUR TRANSFORMATIO TERTII ORDINIS.

13.

Sit $m=1$, qui est casus simplicissimus, $V=1+b'x^2$, $U=x(a+a'x^2)$. Posito $A=(1+\alpha x)$, eruimus:

$$AA=(1+\alpha x)^2=1+2\alpha x+\alpha^2 x^2, \text{ unde:}$$
$$V+U=(1+x.AA=1+(1+2\alpha)x+\alpha(2+\alpha)x^2+\alpha^2 x^3.$$

Hinc fit:

$$b'=\alpha(2+\alpha),\ a=1+2\alpha,\ a'=\alpha^2.$$

Aequationes $\mathfrak{H}$ §. 12 in sequentes abeunt:

$$a=\sqrt{\frac{k}{\lambda}}.\frac{b'}{k};\ a'=\sqrt{\frac{k^3}{\lambda}};$$

unde obtinemus:

$$1+2\alpha=\frac{\alpha(2+\alpha)}{\sqrt{k\lambda}};\ \alpha^2=\frac{\sqrt{k^3}}{\sqrt{\lambda}},\ \text{unde } \alpha=\sqrt[4]{\frac{k^3}{\lambda}}.$$

Ponatur $\sqrt[4]{k}=u$, $\sqrt[4]{\lambda}=v$, erit $\alpha=\frac{u^3}{v}$, $1+2\alpha=\frac{v+2u^3}{v}$, $\alpha(2+\alpha)=\frac{u^3(2v+u^3)}{v^2}$. Hinc aequatio:

$$1+2\alpha=\alpha(2+\alpha)\sqrt{\frac{1}{k\lambda}}$$

abit in sequentem:

$$\frac{v+2u^3}{v}=\frac{u(2v+u^3)}{v^4},$$

$u(2v+u^3)$ / v^4

sive:

1) $\quad u^4-v^4+2uv(1-u^2v^2)=0.$

cette equation donne λ quand on connait k et réciproquement.

Fit praeterea:

$$a=(1+2\alpha)=\frac{v+2u^3}{v}$$

$$a'=\alpha\alpha=\frac{u^6}{v^2}$$

$$b'=\alpha(2+\alpha)=u^3\left(\frac{2v+u^3}{v^2}\right)=vu^2(v+2u^3).$$

Hinc obtinemus:

2) $\quad y=\dfrac{(v+2u^3)vx+u^6x^3}{vv+v^3u^2(v+2u^3)x^2}.$

Praeterea obtinemus, quia $1+y=\frac{(1+x)AA}{V}$:

$$3)\quad 1+y=\frac{(1+x)(v+u^3x)^2}{vv+v^3u^2(v+2u^3)x^2}$$

$$4)\quad 1-y=\frac{(1-x)(v-u^3x)^2}{vv+v^3u^2(v+2u^3)x^2}$$

$$5)\quad \sqrt{\frac{1-y}{1+y}}=\sqrt{\frac{1-x}{1+x}}\cdot\frac{v-u^3x}{v+u^3x}$$

$$6)\quad \sqrt{1-yy}=\frac{\sqrt{1-xx}\,(v^2-u^6x^2)}{vv+v^3u^2(v+2u^3)x^2}.$$

Porro loco x ponendo $\frac{1}{kx}=\frac{1}{u^4x}$, cum y abeat in $\frac{1}{\lambda y}=\frac{1}{v^4y}$, eruimus sequentium formularum systema:

$$7)\quad 1+v^4y=\frac{(1+u^4x)(1+uvx)^2}{1+vu^2(v+2u^3)x^2}$$

$$8)\quad 1-v^4y=\frac{(1-u^4x)(1-uvx)^2}{1+vu^2(v+2u^3)x^2}$$

$$9)\quad \sqrt{\frac{1-v^4y}{1+v^4y}}=\sqrt{\frac{1-u^4x}{1+u^4x}}\cdot\frac{1-uvx}{1+uvx}$$

$$10)\quad \sqrt{1-v^8y^2}=\frac{\sqrt{1-u^8x^2}\,(1-u^2v^2x^2)}{1+vu^2(v+2u^3)x^2}.$$

14.

Posito $V+U=(1+x)AA$, $V+\lambda U=(1+k)CC$, $V-U=(1-x)BB$, $V-\lambda U=(1-kx)DD$, vidimus fieri:

$$ABCD=M\left\{V\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx}\right\},$$

designante M quantitatem Constantem; quam ex unius eiusdem dignitatis Coefficientis comparatione, in utraque expressione $ABCD$, $V\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx}$ instituta, eruere licet. Iam posito $V=b+b'x^2+$ etc., $U=ax+a'x^3+$ etc., in singulis expressionibus A, B, C, D, fit Constans $\sqrt{b}$, unde in producto ex iis conflato bb; in expressione autem $V\frac{dU}{dx}-U\frac{dV}{dx}$ Constantem fieri videmus ab; unde:

$$M=\frac{b}{a}.$$

Hinc in exemplo nostro fit, quia $b=1$, $a=\frac{v+2u^3}{v}=\frac{u(2v+u^3)}{v^3}$:

$$M=\frac{v}{v+2u^3}=\frac{v^4}{u(2v+u^3)},$$

unde:

$$\frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)(1-v^8y^2)}}=\frac{(v+2u^3)\,dx}{v\sqrt{(1-x^2)(1-u^8x^2)}}.$$

Moduli k, λ, quos per aequationem quarti gradus a se invicem pendere vidimus §. 13. 1), facile per eandem quantitatem α rationaliter exprimuntur. E formulis enim supra allatis:

$$\alpha=\frac{u^3}{v};\quad 1+2\alpha=\frac{\alpha(2+\alpha)}{\sqrt{k\lambda}}=\frac{\alpha(2+\alpha)}{u^2v^2}$$

sequitur:

$$\alpha=\frac{u^3}{v};\quad u^2v^2=\frac{\alpha(2+\alpha)}{1+2\alpha},$$

unde:

$$u^8=\frac{\alpha^3(2+\alpha)}{1+2\alpha}=k^2$$

$$v^8=\alpha\left(\frac{2+\alpha}{1+2\alpha}\right)^3=\lambda^2.$$

Fit insuper: $M=\frac{1}{1+2\alpha}$, unde, posito $y=\sin T'$, $x=\sin T$, aequatio:

$$\frac{dy}{\sqrt{1-y^2}\sqrt{1-\lambda^2y^2}}=\frac{dx}{M\sqrt{1-x^2}\sqrt{1-k^2x^2}},$$

in sequentem abit:

$$\frac{dT'}{\sqrt{(1+2\alpha)^3-\alpha(2+\alpha)^3\sin T'^2}}=\frac{dT}{\sqrt{1+2\alpha-\alpha^3(2+\alpha)\sin T^2}},$$

sive in hanc:

$$\frac{dT'}{\sqrt{(1+2\alpha)^3\operatorname{Cos}T'^2+(1-\alpha)^3(1+\alpha)\sin T'^2}}=\frac{dT}{\sqrt{(1+2\alpha)\operatorname{Cos}T^2+(1+\alpha)^3(1-\alpha)\sin T^2}},$$

ad quam pervenitur substitutione facta:

$$\operatorname{Sin}T'=\frac{(1+2\alpha)\sin T+\alpha\alpha\sin T^3}{1+\alpha(2+\alpha)\sin T^2}.$$

PROPONITUR TRANSFORMATIO QUINTI ORDINIS.

15.

Iam ad exemplum, quod simplicitate proximum est, transeamus, in quo $m=2$,

$$V=1+b'x^2+b''x^4,\quad U=x(a+a'x^2+a''x^4),\quad A=1+\alpha x+\beta x^2.$$

Eruimus:

$$AA=1+2\alpha x+(2\beta+\alpha\alpha)x^2+2\alpha\beta x^3+\beta\beta x^4$$

unde:

$$AA(1+x)=1+x(1+2\alpha)+x^2(2\alpha+2\beta+\alpha\alpha)+x^3(2\beta+\alpha\alpha+2\alpha\beta)+x^4(2\alpha\beta+\beta\beta)+\beta\beta x^5.$$

Hinc nanciscimur:

$$b'=2\alpha+2\beta+\alpha\alpha,\quad b''=\beta(2\alpha+\beta)$$
$$a=1+2\alpha,\quad a'=2\beta+\alpha\alpha+2\alpha\beta,\quad a''=\beta\beta.$$

Aequationes)(§. 12 fiunt:

$$a=\sqrt{\frac{k}{\lambda}\cdot\frac{b''}{k^2}},\quad a'=\sqrt{\frac{k}{\lambda}}\cdot b',\quad a''=\sqrt{\frac{k^3}{\lambda}}.$$

Ex his sequitur:

$$\frac{a'a'}{aa''}=\frac{b'b'}{b''},$$

sive, cum habeatur $b'=(2\alpha+\beta)+(\beta+\alpha\alpha)$, $a'=\beta(1+2\alpha)+(\beta+\alpha\alpha)$:

$$\frac{\left\{(2\alpha+\beta)+(\beta+\alpha\alpha)\right\}^2}{2\alpha+\beta}=\frac{\left\{\beta(1+2\alpha)+(\beta+\alpha\alpha)\right\}^2}{\beta(1+2\alpha)},$$

unde:

$$2\alpha+\beta+\frac{(\beta+\alpha\alpha)^2}{2\alpha+\beta}=\beta(1+2\alpha)+\frac{(\beta+\alpha\alpha)^2}{\beta(1+2\alpha)}.$$

Hinc facile sequitur:

$$\beta(1+2\alpha)(2\alpha+\beta)=(\beta+\alpha\alpha)^2,$$

quod evolutum ac per α divisum abit in:

$$\alpha^3=2\beta(1+\alpha+\beta).$$

Hanc aequationem his etiam duobus modis repraesentare licet:

$$(\alpha\alpha+\beta)(\alpha-2\beta)=\beta(2-\alpha)(1+2\alpha)$$
$$(\alpha\alpha+\beta)(2-\alpha)=(\alpha-2\beta)(2\alpha+\beta).$$

unde sequitur:

$$\left(\frac{2-\alpha}{\alpha-2\beta}\right)^2=\frac{2\alpha+\beta}{\beta(1+2\alpha)}.$$

His praeparatis, reliqua facile transiguntur. Invenimus enim, posito $k=u^4$, $\lambda=v^4$:

$$\frac{2\alpha+\beta}{\beta(1+2\alpha)}=\frac{b''}{a\,a''}=\frac{b'b'}{a'a'}=\frac{\lambda}{k}=\frac{v^4}{u^4},$$

unde etiam:

$$\frac{2-\alpha}{\alpha-2\beta}=\frac{v^2}{u^2}.$$

Est insuper $\beta=\sqrt{a''}=\sqrt[4]{\frac{k^5}{\lambda}}=\frac{u^5}{v}$, unde aequationes:

$$\frac{v^4}{u^4}=\left(\frac{2-\alpha}{\alpha-2\beta}\right)^2=\frac{2\alpha+\beta}{\beta(1+2\alpha)};\quad \frac{2-\alpha}{\alpha-2\beta}=\frac{v^2}{u^2}$$

in sequentes abeunt:

$$2\alpha v+u^5=u v^4(1+2\alpha)$$
$$u^2(2-\alpha)=v(v\alpha-2u^5),$$

sive:

$$2\alpha v(1-u v^3)=u(v^4-u^4)$$
$$\alpha(vv+uu)=2u^2(1+u^3 v),$$

unde:

$$(u^2+v^2)(u^4-v^4)+4uv(1+u^3v)(1-uv^3)=0.$$

Facta evolutione prodit:

$$1)\quad u^6-v^6+5u^2v^2(u^2-v^2)+4uv(1-u^4v^4)=0.$$

Reliqua ita inveniuntur. Ex aequationibus:

$$2\alpha v(1-u v^3)=u(v^4-u^4)$$
$$\alpha(uu+vv)=2u^2(1+u^3v),$$

sequitur:

$$\alpha=\frac{u(v^4-u^4)}{2v(1-uv^3)}=\frac{2u^2(1+u^3v)}{u^2+v^2}.$$

Hinc fit:

$$a=1+2\alpha=\frac{1}{v}\left(\frac{v-u^5}{1-uv^3}\right)$$

$$\beta+2\alpha=\frac{u^5}{v}+2\alpha=u v^3\left(\frac{v-u^5}{1-uv^3}\right)$$

$$\alpha-2\beta=\alpha-\frac{2u^3}{v}=\frac{2u^2}{v}\left(\frac{v-u^5}{u^2+v^2}\right)$$

$$2-\alpha=2v\left(\frac{v-u^5}{u^2+v^2}\right)$$

$$\alpha\alpha+\beta=\frac{(\alpha-2\beta)(2\alpha+\beta)}{2-\alpha}=u^3\left(\frac{v-u^5}{1-uv^3}\right).$$

Hinc tandem deducitur:

$$b'=\beta+2\alpha+\alpha\alpha+\beta=\frac{u(u^2+v^2)(v-u^5)}{1-uv^3}$$

$$b''=\frac{u^3}{v}(2\alpha+\beta)=u^6v\left(\frac{v-u^5}{1-uv^3}\right)$$

$$a=\frac{1}{v}\left(\frac{v-u^5}{1-uv^3}\right)$$

$$a'=\frac{u^2}{v^2}.b'=u^3\left(\frac{u^2+v^2}{v^2}\right)\left(\frac{v-u^5}{1-uv^3}\right)$$

$$a''=\frac{u^{10}}{v^2}.$$

Jam cum sit $M=\frac{1}{a}=v\left(\frac{1-uv^3}{v-u^5}\right)$, transformatio quinti ordinis continebitur theoremate sequente:

THEOREMA.

Posito:

1) $u^6-v^6+5u^2v^2(u^2-v^2)+4uv(1-u^4v^4)=0$

2) $y=\frac{v(v-u^5)x+u^3(u^2+v^2)(v-u^5)x^3+u^{10}(1-uv^3)x^5}{v^3(1-uv^3)+uv^2(u^2+v^2)(v-u^5)x^2+u^6v^3(v-u^5)x^4}$

fit:

$$\frac{v(1-uv^3)\,dy}{\sqrt{1-y^2}\,\sqrt{1-v^8y^2}}=\frac{(v-u^5)\,dx}{\sqrt{1-x^2}\,\sqrt{1-u^8x^2}}.$$

QUOMODO TRANSFORMATIONE BIS ADHIBITA PERVENITUR AD MULTIPLICATIONEM.

16.

Inspicientem aequationes inter u et v, duobus exemplis propositis inventas:

$$u^4 - v^4 + 2uv(1-u^2v^2) = 0$$
$$u^6 - v^6 + 5u^2v^2(u^2-v^2) + 4uv(1-u^4v^4) = 0.$$

fugere non potest, immutatas eas manere, ubi v loco u, loco u autem — v ponitur. Hinc e theoremate exemplo primo invento, videlicet posito:

$$u^4 - v^4 + 2uv(1-u^2v^2) = 0$$
$$y = \frac{v(v+2u^3)x + u^6x^3}{v^2 + v^3u^2(v+2u^3)x^2},$$

fieri:

$$\frac{dy}{\sqrt{1-y^2}\sqrt{1-v^8y^2}} = \frac{v+2u^3}{v} \cdot \frac{dx}{\sqrt{1-x^2}\sqrt{1-u^8x^2}}$$

alterum statim derivatur hoc, posito:

$$z = \frac{u(u-2v^3)y + v^6y^3}{u^2 + u^3v^2(u-2v^3)y^2},$$

fieri:

$$\frac{dz}{\sqrt{1-z^2}\sqrt{1-u^8z^2}} = \frac{u-2v^3}{u} \cdot \frac{dy}{\sqrt{1-y^2}\sqrt{1-v^8y^2}}.$$

Iam vero est:

$$\left(\frac{v+2u^3}{v}\right)\left(\frac{u-2v^3}{u}\right) = \frac{2(u^4-v^4) + uv(1-4u^2v^2)}{uv} = -3,$$

unde sequitur:

$$\frac{dz}{\sqrt{1-z^2}\sqrt{1-u^8z^2}} = \frac{-3\,dx}{\sqrt{1-x^2}\sqrt{1-u^8x^2}}.$$

Ut loco — 3 eruatur + 3, sive z in — z, sive x in — x mutari debet.

Simili modo e theoremate, exemplo secundo proposito, alterum deducitur, videlicet posito:

$$z = \frac{u(u+v^5)y + v^3(u^2+v^2)(u+v^5)y^3 + v^{10}(1+u^3v)y^5}{u^2(1+u^3v) + u^2v(u^2+v^2)(u+v^5)y^2 + u^3v^6(u+v^5)y^4}$$

erui:

$$\frac{dz}{\sqrt{1-z^2}\sqrt{1-u^8z^2}}=\frac{u+v^5}{u(1+u^3v)}\cdot\frac{dy}{\sqrt{1-y^2}\sqrt{1-v^8y^2}}$$

Iam cum sequatur ex aequatione:

$$u^6-v^6+5u^2v^2(u^2-v^2)+4uv(1-u^4v^4)=0,$$

$$\frac{(u+v^5)(v-u^5)}{uv(1+u^3v)(1-uv^3)}=\frac{uv(1-u^4v^4)-(u^6-v^6)}{uv(1+u^3v)(1-uv^3)}=5,$$

fieri videmus:

$$\frac{dx}{\sqrt{1-x^2}\sqrt{1-u^8x^2}}=\frac{5dz}{\sqrt{1-z^2}\sqrt{1-u^8z^2}}.$$

Ita transformatione bis adhibita pervenitur ad Multiplicationem.

Haec duo exempla, vi z. transformationes tertii et quinti ordinis, iam prius in litteris exhibui, quas mense Iunio a. 1827 ad Cl. Schumacher dedi. V. Nova Astron. I. I. Nec non ibidem methodi, qua eruta sunt, generalitatem praedicabam. Alterum biennio ante iam a Cl. Legendre inventum erat.

DE NOTATIONE NOVA FUNCTIONUM ELLIPTICARUM.

17.

Missis factis quaestionibus algebraicis accuratius inquiramus in naturam analyticam functionum nostrarum. Antea autem notationis modum, cuius in sequentibus usus erit, indicemus necesse est.

Posito $\int_0^\varphi \frac{d\varphi}{\sqrt{1-k^2\sin\varphi^2}}=u$, angulum φ *amplitudinem* functionis u vocare Geometrae consueverunt. Hunc igitur angulum in sequentibus denotabimus per: ampl. u seu brevius per:

$$\varphi=\mathrm{am}.u.$$

Ita, ubi $\int_0^x \frac{dx}{\sqrt{1-x^2}\sqrt{1-k^2x^2}}=u$, erit:

$$x=\sin.\mathrm{am}.u.$$

Insuper posito:

$$\int_0^1 \frac{dx}{\sqrt{1-[illegible]\,1-k^2x^2}} = \int_0^{\frac{\pi}{2}} \frac{dx}{\sqrt{1-k^2\sin\varphi^2}} = K,$$

vocabimus K — u Complementum functionis u; Complementi amplitudinem designabimus per *coam*, ita ut sit:

$$\operatorname{am}(K-u) = \operatorname{coam}.u.$$

Expressionem $\sqrt{1-k^2\sin^2\operatorname{am}u} = \frac{d.\operatorname{am}u}{du}$, duce Cl. Legendre, denotabimus per

$$\Delta\operatorname{am}u = \sqrt{1-k^2\sin^2\operatorname{am}u}.$$

Complementum, quod vocatur a Cl. Legendre, Moduli k designabo per k′, ita ut sit:

$$kk + k'k' = 1.$$

Porro e notatione nostra erit:

$$K' = \int_0^{\frac{\pi}{2}} \frac{d\varphi}{\sqrt{1-k'k'\sin\varphi^2}}.$$

Modulus, qui subintelligi debet, ubi opus erit, sive uncis inclusus addetur, sive in margine adiicietur. Modulo non addito, in sequentibus eundem ubique Modulum k subintelligas.

Ipsas expressiones sin am u, sin coam u, cos am . u, cos coam u, Δ am u, Δ coam u, cet. ac generaliter *functiones trigonometricas amplitudinis*, in sequentibus *Functionum Ellipticarum* nomine insignire convenit; ita ut ei nomini aliam quandam tribuamus notionem atque hactenus factum est ab Analystis. Ipsam u dicemus *Argumentum Functionis Ellipticae*, ita ut posito $x = \sin\operatorname{am}u$, $u = \operatorname{Arg}.\sin\operatorname{am}x$. E notatione proposita erit:

$$\sin\operatorname{coam}u = \frac{\cos\operatorname{am}u}{\Delta\operatorname{am}u}$$

$$\cos\operatorname{coam}u = \frac{k'\sin\operatorname{am}u}{\Delta\operatorname{am}u}$$

$$\Delta\operatorname{coam}u = \frac{k'}{\Delta\operatorname{am}u}$$

$$\operatorname{tg}\operatorname{coam}u = \frac{1}{k'\operatorname{tg}\operatorname{am}u}$$

$$\operatorname{cotg}\operatorname{coam}u = \frac{k'}{\operatorname{cotg}\operatorname{am}u}.$$

FORMULAE IN ANALYSI FUNCTIONUM ELLIPTICARUM FUNDAMENTALES.

18.

Ponamus $\mathrm{am}.u = a$, $\mathrm{am}.v = b$, $\mathrm{am}(u+v) = \sigma$, $\mathrm{am}.(u-v) = \vartheta$, notae sunt formulae pro additione et subtractione Functionum Ellipticarum fundamentales:

$$\sin\sigma = \frac{\sin a \cos b \,\Delta b + \sin b \cos a \,\Delta a}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$$

$$\cos.\sigma = \frac{\cos a \cos b - \sin a \sin b \,\Delta a \,\Delta b}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$$

$$\Delta\,\sigma = \frac{\Delta a \Delta b - k^2 \sin a \sin b \cos a \cos b}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$$

$$\sin\vartheta = \frac{\sin a \cos b \,\Delta b - \sin b \cos a \,\Delta a}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$$

$$\cos\vartheta = \frac{\cos a \cos b + \sin a \sin b \,\Delta a \,\Delta b}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$$

$$\Delta\,\vartheta = \frac{\Delta a \Delta b + k^2 \sin a \sin b \cos a \cos b}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}.$$

Ut in promtu sint omnia, quorum in posterum usus erit, adnotemus adhuc formulas sequentes, quae facile demonstrantur, et quarum facile augetur numerus:

1) $$\sin\sigma + \sin\vartheta = \frac{2.\sin a \operatorname{Cos} b \,\Delta b}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$$

2) $$\cos\sigma + \cos\vartheta = \frac{2 \cos a.\cos b}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$$

3) $$\Delta\sigma + \Delta\vartheta = \frac{2\Delta a.\Delta b}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$$

4) $$\sin\sigma - \sin\vartheta = \frac{2 \sin b \cos a \,\Delta a}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$$

5) $$\cos.\vartheta - \cos\sigma = \frac{2 \sin a \sin b \,\Delta a \Delta b}{1 - k^2 \sin a^2.\sin b^2}$$

6) $$\Delta\vartheta - \Delta\sigma = \frac{2 k^2 \sin a.\sin b \cos a.\cos b}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$$

7) $$\sin\sigma.\sin\vartheta = \frac{\sin a^2 - \sin b^2}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$$

8) $$1 + k^2 \sin\sigma.\sin\vartheta = \frac{\Delta b^2 + k^2 \sin a^2.\cos b^2}{1 - k^2.\sin a^2 \sin b^2}$$

9) $$1 + \sin\sigma.\sin\vartheta = \frac{\cos b^2 + \sin a^2 \Delta b^2}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$$

10) $1 + \cos\sigma \cdot \cos\vartheta = \dfrac{\cos a^2 + \cos b^2}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

11) $1 + \Delta\sigma \cdot \Delta\vartheta = \dfrac{\Delta a^2 + \Delta b^2}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

12) $1 - k^2 \sin\sigma \sin\vartheta = \dfrac{\Delta a^2 + k^2 \sin b^2 \cos a^2}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

13) $1 - \sin\sigma \sin\vartheta = \dfrac{\cos a^2 + \sin b^2 \Delta a^2}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

14) $1 - \cos\sigma \cos\vartheta = \dfrac{\sin a^2 \Delta b^2 + \sin b^2 \Delta a^2}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

15) $1 - \Delta\sigma \, \Delta\vartheta = \dfrac{k^2(\sin a^2 \cos b^2 + \sin b^2 \cos a^2)}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

16) $(1 \pm \sin\sigma)(1 \pm \sin\vartheta) = \dfrac{(\cos b \pm \sin a \Delta b)^2}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

17) $(1 \pm \sin\sigma)(1 \mp \sin\vartheta) = \dfrac{(\cos a \pm \sin b \Delta a)^2}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

18) $(1 \pm k \sin\sigma)(1 \pm k \sin\vartheta) = \dfrac{(\Delta b \pm k \sin a \cos b)^2}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

19) $(1 \pm k \sin\sigma)(1 \mp k \sin\vartheta) = \dfrac{(\Delta a \pm k \sin b \cos a)^2}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

20) $(1 \pm \cos\sigma)(1 \pm \cos\vartheta) = \dfrac{(\cos a \pm \cos b)^2}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

21) $(1 \pm \cos\sigma)(1 \mp \cos\vartheta) = \dfrac{(\sin a \Delta b \mp \sin b \Delta a)^2}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

22) $(1 \pm \Delta\sigma)(1 \pm \Delta\vartheta) = \dfrac{(\Delta a + \Delta b)^2}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

23) $(1 \pm \Delta\sigma)(1 \mp \Delta\vartheta) = \dfrac{k^2 \sin^2(a \mp b)}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

24) $\sin\sigma \cos\vartheta = \dfrac{\sin a \cos a \Delta b + \sin b \cos b \Delta a}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

25) $\sin\vartheta \cos\sigma = \dfrac{\sin a \cos a \Delta b - \sin b \cos b \Delta a}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

26) $\sin\sigma \, \Delta\vartheta = \dfrac{\cos b \sin a \Delta a + \cos a \sin b \Delta b}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

27) $\sin\vartheta \, \Delta\sigma = \dfrac{\cos b \sin a \Delta a - \cos a \sin b \Delta b}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

28) $\cos\sigma \, \Delta\vartheta = \dfrac{\cos a \cos b \Delta a \Delta b - k k' \sin a \sin b}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

29) $\cos\vartheta \, \Delta\sigma = \dfrac{\cos a \cos b \Delta a \Delta b + k k' \sin a \sin b}{1 - k^2 \sin a^2 \sin b^2}$

30) $\sin(\sigma+\vartheta) = \frac{2\sin a\cos a\,\Delta b}{1-k^2\sin a^2\sin b^2}$

31) $\sin(\sigma-\vartheta) = \frac{2\sin b\,.\,\cos b\,\Delta a}{1-k^2\sin a^2\sin b^2}$

32) $\cos(\sigma+\vartheta) = \frac{\cos a^2-\sin a^2\,\Delta b^2}{1-k^2\sin a^2\sin b^2}$

33) $\cos(\sigma-\vartheta) = \frac{\cos b^2-\sin b^2\,\Delta a^2}{1-k^2\sin a^2\sin b^2}$.

DE IMAGINARIIS FUNCTIONUM ELLIPTICARUM VALORIBUS. PRINCIPIUM DUPLICIS PERIODI.

19.

Ponamus $\sin\varphi = i\,\mathrm{tg}\,\psi$, ubi i loco $\sqrt{-1}$ positum est more plerisque Geometris usitato, erit $\cos\varphi = \sec\psi = \frac{1}{\cos\psi}$, unde $d\varphi = \frac{i\,d\psi}{\cos\psi}$. Hinc fit:

$$\frac{d\varphi}{\sqrt{1-k^2\sin\varphi^2}} = \frac{i\,d\psi}{\sqrt{\cos\psi^2+k^2\sin\psi^2}} = \frac{i\,d\psi}{\sqrt{1-k'k'\sin\psi^2}}.$$

Quam e notatione nostra in hanc abire videmus aequationem:

1) $\sin\,\mathrm{am}\,iu = i\,\mathrm{tang}\,\mathrm{am}(u,k')$.

Hinc sequitur:

2) $\cos\,\mathrm{am}(iu,k) = \sec\,\mathrm{am}(u,k')$

3) $\mathrm{tang}\,\mathrm{am}(iu,k) = i\sin\mathrm{am}(u,k')$

4) $\Delta\,\mathrm{am}(iu,k) = \frac{\Delta\,\mathrm{am}(u,k')}{\mathrm{Cos}\,\mathrm{am}(u,k')} = \frac{1}{\sin\mathrm{coam}(u,k')}$

5) $\sin\mathrm{coam}(iu,k) = \frac{1}{\Delta\,\mathrm{am}(u,k')}$

6) $\cos\mathrm{coam}(iu,k) = i\frac{k'}{k}\cos\mathrm{coam}(u,k')$

7) $\mathrm{tg}\,\mathrm{coam}(iu,k) = \frac{-i}{k'\sin\mathrm{am}(u,k')}$

8) $\Delta\,\mathrm{coam}(iu,k) = k'\sin\mathrm{coam}(u,k')$.

Aliud, quod hinc fluit, formularum systema hoc est:

9) $\sin\,\mathrm{am}\,2iK' = 0$

10) $\sin\,\mathrm{am}\,iK' = \infty$, vel si placet $\pm\,i\,\infty$.

11) $\sin \mathrm{am}\,(u + 2iK') = + \sin \mathrm{am}\, u$

12) $\cos \mathrm{am}\,(u + 2iK') = - \cos \mathrm{am}\, u$

13) $\Delta \mathrm{am}\,(u + 2iK') = - \Delta \mathrm{am}\, u$

14) $\sin \mathrm{am}\,(u + iK') = \dfrac{1}{k \sin \mathrm{am}\, u}$

15) $\cos \mathrm{am}\,(u + iK') = \dfrac{-i\Delta \mathrm{am}\, u}{k \sin \mathrm{am}\, u} = \dfrac{-ik'}{k \cos \mathrm{coam}\, u}$

16) $\mathrm{tg}\, \mathrm{am}\,(u + iK') = \dfrac{+i}{\Delta \mathrm{am}\, u}$

17) $\Delta \mathrm{am}\,(u + iK') = -i \,\mathrm{cotg}\, \mathrm{am}\, u$

18) $\sin \mathrm{coam}\,(u + iK') = \dfrac{\Delta \mathrm{am}\, u}{k \cos \mathrm{am}\, u} = \dfrac{1}{k \sin \mathrm{coam}\, u}$

19) $\cos \mathrm{coam}\,(u + iK') = \dfrac{+k'i}{k \cos \mathrm{am}\, u}$

20) $\mathrm{tg}\, \mathrm{coam}\,(u + iK') = \dfrac{-i}{k} \Delta \mathrm{am}\, u$

21) $\Delta \mathrm{coam}\,(u + iK') = +ik \;\mathrm{tg}\, \mathrm{am}\, u$.

E formulis praecedentibus, quae et ipsae tamquam fundamentales in Analysi functionum ellipticarum considerari debent, elucet:

a. functiones ellipticas argumenti imaginarii iv, Moduli k transformari posse in alias argumenti realis v, Moduli $k' = \sqrt{1-kk}$; unde generaliter functiones ellipticas argumenti imaginarii $u + iv$, Moduli k, componere licet e functionibus ellipticis argumenti u, Moduli k et aliis argumenti v, Moduli k';

b. functiones ellipticas duplici gaudere periodo, altera reali, altera imaginaria, siquidem Modulus k est realis. Utraque fit imaginaria, ubi Modulus et ipse est imaginarius. Quod ***Principium Duplicis Periodi*** nuncupabimus. E quo, cum universam, quae fingi potest, amplectatur Periodicitatem Analyticam, elucet, functiones ellipticas non aliis adnumerari debere transcendentibus, quae quibusdam gaudent elegantiis, fortasse pluribus illas aut maioribus, sed speciem quandam iis inesse profecti et absoluti.

THEORIA ANALYTICA TRANSFORMATIONIS FUNCTIONUM ELLIPTICARUM.

20.

Vidimus in antecedentibus, quoties functiones elementi x rationales integras A, B, C, D, U, V ita determinentur, ut sit:

$$\begin{aligned} V + U &= (1+x)AA \\ V - U &= (1-x)BB \\ V + \lambda U &= (1+kx)CC \\ V - \lambda U &= (1-kx)DD, \end{aligned}$$

posito $y = \frac{U}{V}$ fore:

$$\frac{dy}{\sqrt{1-y^2}\sqrt{1-\lambda^2y^2}} = \frac{dx}{M\sqrt{1-x^2}\sqrt{1-k^2x^2}},$$

designante M quantitatem Constantem. Iam expressiones illarum functionum analyticas generales proponamus.

Sit n numerus impar quilibet, sint m, m' numeri integri quilibet positivi seu negativi, qui tamen factorem communem non habeant, qui et ipse numerum n metitur: ponamus

$$\omega = \frac{mK + m'iK'}{n},$$

fit:

$$U = \frac{x}{M}\left(1 - \frac{xx}{\sin^2\text{am}\,4\omega}\right)\left(1 - \frac{xx}{\sin^2\text{am}\,8\omega}\right)\cdots\left(1 - \frac{xx}{\sin^2\text{am}\,2(n-1)\omega}\right)$$

$$V = \left(1 - k^2\sin^2\text{am}\,4\omega.xx\right)\left(1 - k^2\sin^2\text{am}\,8\omega.xx\right)\cdots\left(1 - k^2\sin^2\text{am}\,2(n-1)\omega.xx\right)$$

$$A = \left(1 + \frac{x}{\sin\text{coam}\,4\omega}\right)\left(1 + \frac{x}{\sin\text{coam}\,8\omega}\right)\cdots\left(1 + \frac{x}{\sin\text{coam}\,2(n-1)\omega}\right)$$

$$B = \left(1 - \frac{x}{\sin\text{coam}\,4\omega}\right)\left(1 - \frac{x}{\sin\text{coam}\,8\omega}\right)\cdots\left(1 - \frac{x}{\sin\text{coam}\,2(n-1)\omega}\right)$$

$$C = \left(1 + k\sin\text{coam}\,4\omega.x\right)\left(1 + k\sin\text{coam}\,8\omega.x\right)\cdots\left(1 + k\sin\text{coam}\,2(n-1)\omega.x\right)$$

$$D = \left(1 - k\sin\text{coam}\,4\omega.x\right)\left(1 - k\sin\text{coam}\,8\omega.x\right)\cdots\left(1 - k\sin\text{coam}\,2(n-1)\omega.x\right)$$

$$\lambda = k^n \left\{ \sin\operatorname{coam} 4\omega \,.\, \sin\operatorname{coam} 8\omega \ldots\ldots \sin\operatorname{coam} 2(n-1)\omega \right\}^4$$

$$M = (-1)^{\frac{n-1}{2}} \left\{ \frac{\sin\operatorname{coam} 4\omega \sin\operatorname{coam} 8\omega \ldots\ldots \sin\operatorname{coam} 2(n-1)\omega}{\sin\operatorname{am} 4\omega \sin\operatorname{am} 8\omega \ldots\ldots \sin\operatorname{am} 2(n-1)\omega} \right\}^2.$$

Quibus positis, ubi $x = \sin\operatorname{am} u$, fit $y = \frac{U}{V} = \sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M},\ \lambda\right)$.

Antequam ipsam aggrediamur formularum demonstrationem, earum transformationem quandam indicabimus. Quem in finem sequentes adnotamus formulas, quae statim e formulis §. 18. decurrunt:

1) $$\sin\operatorname{am}(u+\alpha)\sin\operatorname{am}(u-\alpha) = \frac{\sin^2\operatorname{am} u - \sin^2\operatorname{am}\alpha}{1 - k^2 \sin^2\operatorname{am} u \sin^2\operatorname{am}\alpha}$$

2) $$\frac{\big(1+\sin\operatorname{am}(u+\alpha)\big)\big(1+\sin\operatorname{am}(u-\alpha)\big)}{\cos^2\operatorname{am}\alpha} = \frac{\left(1+\frac{\sin\operatorname{am} u}{\sin\operatorname{coam}\alpha}\right)^2}{1-k^2\sin^2\operatorname{am} u\sin^2\operatorname{am}\alpha}$$

3) $$\frac{\big(1-\sin\operatorname{am}(u+\alpha)\big)\big(1-\sin\operatorname{am}(u-\alpha)\big)}{\cos^2\operatorname{am}\alpha} = \frac{\left(1-\frac{\sin\operatorname{am} u}{\sin\operatorname{coam}\alpha}\right)^2}{1-k^2\sin^2\operatorname{am} u\sin^2\operatorname{am}\alpha}$$

4) $$\frac{\big(1+k\sin\operatorname{am}(u+\alpha)\big)\big(1+k\sin\operatorname{am}(u-\alpha)\big)}{\Delta^2\operatorname{am}\alpha} = \frac{\big(1+k\sin\operatorname{am} u\sin\operatorname{coam}\alpha\big)^2}{1-k^2\sin^2\operatorname{am} u\sin^2\operatorname{am}\alpha}$$

5) $$\frac{\big(1-k\sin\operatorname{am}(u+\alpha)\big)\big(1-k\sin\operatorname{am}(u-\alpha)\big)}{\Delta^2\operatorname{am}\alpha} = \frac{\big(1-k\sin\operatorname{am} u\sin\operatorname{coam}\alpha\big)^2}{1-k^2\sin^2\operatorname{am} u\sin^2\operatorname{am}\alpha}.$$

E quibus formulis etiam sequitur:

6) $$\frac{\cos\operatorname{am}(u+\alpha)\cos\operatorname{am}(u-\alpha)}{\cos^2\operatorname{am}\alpha} = \frac{1-\frac{\sin^2\operatorname{am} u}{\sin^2\operatorname{coam}\alpha}}{1-k^2\sin^2\operatorname{am} u\sin^2\operatorname{am}\alpha}$$

7) $$\frac{\Delta\operatorname{am}(u+\alpha)\Delta\operatorname{am}(u-\alpha)}{\Delta^2\operatorname{am}\alpha} = \frac{1-k^2\sin^2\operatorname{am} u\sin^2\operatorname{coam}\alpha}{1-k^2\sin^2\operatorname{am} u\sin^2\operatorname{am}\alpha}.$$

Posito $x = \sin\operatorname{am} u$, nanciscimur e formula 1):

$$\frac{1-\frac{xx}{\sin^2\operatorname{am}\alpha}}{1-k^2\sin^2\operatorname{am}\alpha\, xx} = \frac{-\sin\operatorname{am}(u+\alpha)\sin\operatorname{am}(u-\alpha)}{\sin^2\operatorname{am}\alpha}$$

e formulis 2), 3):

$$\frac{\left(1\pm\frac{x}{\sin\operatorname{coam}\alpha}\right)^2}{1-k^2x^2\sin^2\operatorname{am}\alpha} = \frac{\big(1\pm\sin\operatorname{am}(u+\alpha)\big)\big(1\pm\sin\operatorname{am}(u-\alpha)\big)}{\cos^2\operatorname{am}\alpha};$$

e formulis 4), 5):

$$\frac{(1 \pm k x \sin \operatorname{coam} \alpha)^2}{1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} \alpha} = \frac{\left(1 \pm k \sin \operatorname{am} (u + \alpha)\right) \left(1 \pm k \sin \operatorname{am} (u - \alpha)\right)}{\Delta^2 \operatorname{am} \alpha}.$$

Hinc ubi loco α successive ponitur 4ω, 8ω, ... $2(n-1)\omega$, loco $-\alpha$ autem $4n\omega - \alpha$, obtinemus:

pour arriver à cette formule on remplace ... par l'expression de la page 35

$$8)\quad \frac{U}{V} = \frac{\frac{x}{M}\left(1 - \frac{xx}{\sin^2 \operatorname{am} 4\omega}\right)\left(1 - \frac{xx}{\sin^2 \operatorname{am} 8\omega}\right) \ldots \left(1 - \frac{xx}{\sin^2 \operatorname{am} 2(n-1)\omega}\right)}{(1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 4\omega)(1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 8\omega) \ldots (1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 2(n-1)\omega)}$$

$$= \frac{\sin \operatorname{am} u \,.\, \sin \operatorname{am} (u + 4\omega) \sin \operatorname{am} (u + 8\omega) \ldots \sin \operatorname{am} (u + 4(n-1)\omega)}{\left\{\sin \operatorname{coam} 4\omega \sin \operatorname{coam} 8\omega \ldots \sin \operatorname{coam} 2(n-1)\omega\right\}^2}.$$

$$9)\quad \frac{(1+x)AA}{V} = \frac{(1+x)\left\{\left(1 + \frac{x}{\sin \operatorname{coam} 4\omega}\right)\left(1 + \frac{x}{\sin \operatorname{coam} 8\omega}\right) \ldots \left(1 + \frac{x}{\sin \operatorname{coam} 2(n-1)\omega}\right)\right\}^2}{(1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 4\omega)(1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 8\omega) \ldots (1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 2(n-1)\omega)}$$

$$= \frac{\left(1 + \sin \operatorname{am} u\right)\left(1 + \sin \operatorname{am} (u + 4\omega)\right)\left(1 + \sin \operatorname{am} (u + 8\omega)\right) \ldots \left(1 + \sin \operatorname{am} (u + 4(n-1)\omega)\right)}{\left\{\cos \operatorname{am} 4\omega \,.\, \cos \operatorname{am} 8\omega \ldots \cos \operatorname{am} 2(n-1)\omega\right\}^2}$$

$$10)\quad \frac{(1-x)BB}{V} = \frac{(1-x)\left\{\left(1 - \frac{x}{\sin \operatorname{coam} 4\omega}\right)\left(1 - \frac{x}{\sin \operatorname{coam} 8\omega}\right) \ldots \left(1 - \frac{x}{\sin \operatorname{coam} 2(n-1)\omega}\right)\right\}^2}{(1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 4\omega)(1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 8\omega) \ldots (1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 2(n-1)\omega)}$$

$$= \frac{\left(1 - \sin \operatorname{am} u\right)\left(1 - \sin \operatorname{am} (u + 4\omega)\right)\left(1 - \sin \operatorname{am} (u + 8\omega)\right) \ldots \left(1 - \sin \operatorname{am} (u + 4(n-1)\omega)\right)}{\left\{\cos \operatorname{am} 4\omega \,.\, \cos \operatorname{am} 8\omega \ldots \cos \operatorname{am} 2(n-1)\omega\right\}^2}$$

$$11)\quad \frac{(1+kx)CC}{V} = \frac{(1+kx)\left\{(1 + kx \sin \operatorname{coam} 4\omega)(1 + kx \sin \operatorname{coam} 8\omega) \ldots (1 + kx \sin \operatorname{coam} 2(n-1)\omega)\right\}^2}{(1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 4\omega)(1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 8\omega) \ldots (1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 2(n-1)\omega)}$$

$$= \frac{\left(1 + k \sin \operatorname{am} u\right)\left(1 + k \sin \operatorname{am} (u + 4\omega)\right)\left(1 + k \sin \operatorname{am} (u + 8\omega)\right) \ldots \left(1 + k \sin \operatorname{am} (u + 4(n-1)\omega)\right)}{\left\{\Delta \operatorname{am} 4\omega \, \Delta \operatorname{am} 8\omega \ldots \Delta \operatorname{am} 2(n-1)\omega\right\}^2}.$$

$$12)\quad \frac{(1-kx)DD}{V} = \frac{(1-kx)\left\{(1 - kx \sin \operatorname{coam} 4\omega)(1 - kx \sin \operatorname{coam} 8\omega) \ldots (1 - kx \sin \operatorname{coam} 2(n-1)\omega)\right\}^2}{(1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 4\omega)(1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 8\omega) \ldots (1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 2(n-1)\omega)}$$

$$= \frac{\left(1 - k \sin \operatorname{am} u\right)\left(1 - k \sin \operatorname{am} (u + 4\omega)\right)\left(1 - k \sin \operatorname{am} (u + 8\omega)\right) \ldots \left(1 - k \sin \operatorname{am} (u + 4(n-1)\omega)\right)}{\left\{\Delta \operatorname{am} 4\omega \, \Delta \operatorname{am} 8\omega \ldots \Delta \operatorname{am} 2(n-1)\omega\right\}^2}$$

Hinc etiam sequuntur formulae:

$$13)\quad \frac{\sqrt{1-xx}\,AB}{V} = \sqrt{1-xx}\,.\frac{\left(1-\frac{xx}{\sin^2\operatorname{coam}4\omega}\right)\left(1-\frac{xx}{\sin^2\operatorname{coam}8\omega}\right)\dots\left(1-\frac{xx}{\sin^2\operatorname{coam}2(n-1)\omega}\right)}{\left(1-k^2x^2\sin^2\operatorname{am}4\omega\right)\left(1-k^2x^2\sin^2\operatorname{am}8\omega\right)\dots\left(1-k^2x^2\sin^2\operatorname{am}2(n-1)\omega\right)}$$

$$= \frac{\cos\operatorname{am}u\,.\cos\operatorname{am}(u+4\omega)\cos\operatorname{am}(u+8\omega)\dots\cos\operatorname{am}(u+4(n-1)\omega)}{\left\{\cos\operatorname{am}4\omega\,.\cos\operatorname{am}8\omega\dots\cos\operatorname{am}2(n-1)\omega\right\}^2}$$

$$14)\quad \frac{\sqrt{1-k^2x^2}\,.\,CD}{V} = \sqrt{1-k^2x^2}\,.\frac{(1-k^2x^2\sin^2\operatorname{coam}4\omega)(1-k^2x^2\sin^2\operatorname{coam}8\omega)\dots(1-k^2x^2\sin^2\operatorname{coam}2(n-1)\omega)}{(1-k^2x^2\sin^2\operatorname{am}4\omega)(1-k^2x^2\sin^2\operatorname{am}8\omega)\dots(1-k^2x^2\sin^2\operatorname{am}2(n-1)\omega)}$$

$$= \frac{\Delta\operatorname{am}u\,\Delta\operatorname{am}(u+4\omega)\,\Delta\operatorname{am}(u+8\omega)\dots\Delta\operatorname{am}(u+4(n-1)\omega)}{\left\{\Delta\operatorname{am}4\omega\,\Delta\operatorname{am}8\omega\dots\Delta\operatorname{am}2(n-1)\omega\right\}^2}\,.$$

DEMONSTRATIO FORMULARUM ANALYTICARUM PRO TRANSFORMATIONE.

21.

Iam demonstremus, posito:

$$1-y = (1-x)\,.\frac{\left\{\left(1-\frac{x}{\sin\operatorname{coam}4\omega}\right)\left(1-\frac{x}{\sin\operatorname{coam}8\omega}\right)\dots\left(1-\frac{x}{\sin\operatorname{coam}2(n-1)\omega}\right)\right\}^2}{(1-k^2x^2\sin^2\operatorname{am}4\omega)(1-k^2x^2\sin^2\operatorname{am}8\omega)\dots(1-k^2x^2\sin^2\operatorname{am}2(n-1)\omega)}$$

$$= \frac{(1-\sin\operatorname{am}u)\left(1-\sin\operatorname{am}(u+4\omega)\right)\left(1-\sin\operatorname{am}(u+8\omega)\right)\dots\left(1-\sin\operatorname{am}(u+4(n-1)\omega)\right)}{\left\{\cos\operatorname{am}4\omega\,.\cos\operatorname{am}8\omega\,.\cos\operatorname{am}12\omega\dots\cos\operatorname{am}2(n-1)\omega\right\}^2},$$

et reliquas erui formulas, et hanc:

$$\frac{dy}{\sqrt{1-y^2}\,\sqrt{1-\lambda^2y^2}} = \frac{dx}{M\sqrt{1-x^2}\,\sqrt{1-k^2x^2}},$$

siquidem:

$$\lambda = k^n\left\{\sin\operatorname{coam}4\omega\,.\sin\operatorname{coam}8\omega\dots\sin\operatorname{coam}2(n-1)\omega\right\}^4$$

$$M = \frac{\left\{\sin\operatorname{coam}4\omega\,.\sin\operatorname{coam}8\omega\dots\sin\operatorname{coam}2(n-1)\omega\right\}^2}{\left\{\sin\operatorname{am}4\omega\,.\sin\operatorname{am}8\omega\dots\sin\operatorname{am}2(n-1)\omega\right\}^2}\,.$$

E formula proposita apparet, minime mutari y, quoties u abit in $u+4\omega$. Tum enim quivis factor in subsequentem abit, ultimus vero in primum. Unde generaliter y non mu-

tatur, siquidem loco u ponatur $u + 4p\omega$, designante p numerum integrum positivum s. negativum. Ubi vero $u = 0$, fit:

$$1 - y = \frac{(1 - \sin am 4\omega)(1 - \sin am 8\omega) \dots (1 - \sin am 4(n-1)\omega)}{\{\cos am 4\omega . \cos am 8\omega \dots \cos am 2(n-1)\omega\}^2} = 1,$$

sive $y = 0$. Facile enim patet, fore:

$$-\sin am 4(n-1)\omega = +\sin am 4\omega$$
$$-\sin am 4(n-2)\omega = +\sin am 8\omega,$$
$$\dots \quad \dots \quad \dots \dots$$

unde:

$$(1 - \sin am 4\omega)(1 - \sin am 4(n-1)\omega) = \cos^2 am 4\omega$$
$$(1 - \sin am 8\omega)(1 - \sin am 4(n-2)\omega) = \cos^2 am 8\omega$$
$$\dots \quad \dots \quad \dots \quad \dots \quad \dots$$
$$(1 - \sin am 2(n-1)\omega)(1 - \sin am 2(n+1)\omega) = \cos^2 am 2(n-1)\omega.$$

Iam quia $y = 0$, quoties $u = 0$, neque mutatur y, ubi loco u ponitur $u + 4p\omega$, generaliter evanescit y, quoties u valores induit:

$$0, \; 4\omega, \; 8\omega, \; \dots\dots, \; 4(n-2)\omega, \; 4(n-1)\omega,$$

quibus respondent valores quantitatis $x = \sin am$ u:

$$0, \; \sin am 4\omega, \; \sin am 8\omega, \; \dots \sin am 4(n-2)\omega, \; \sin am 4(n-1)\omega,$$

quos ita etiam exhibere licet:

$$0, \; \pm \sin am 4\omega, \; \pm \sin am 8\omega, \; \dots, \; \pm \sin am 2(n-1)\omega,$$

sive etiam hunc in modum:

$$0, \; \pm \sin am 2\omega, \; \pm \sin am 4\omega, \; \dots \pm \sin am (n-1)\omega.$$

Qui valores elementi x, quos evanescente y induere potest, omnes inter se diversi erunt, eorumque numerus erit $= n$. Iam ex aequatione inter x et y supposita, e qua profecti sumus, elucet, positis:

$$V = (1 - k^2x^2 \sin^2 am 4\omega)(1 - k^2x^2 \sin^2 am 8\omega) \dots (1 - k^2x^2 \sin^2 am 2(n-1)\omega)$$
$$= (1 - k^2x^2 \sin^2 am 2\omega)(1 - k^2x^2 \sin^2 am 4\omega) \dots (1 - k^2x^2 \sin^2 am (n-1)\omega),$$

$y = \frac{U}{V}$, fieri U functionem elementi x rationalem integram n^{ti} ordinis. Quae cum simul cum y evanescat pro valoribus quantitatis x numero n et inter se diversis sequentibus:

$$0, \; \pm \sin am 2\omega, \; \pm \sin am 4\omega, \; \dots \pm \sin am (n-1)\omega,$$

necessario formam induit:

$$U = \frac{x}{M}\left(1-\frac{xx}{\sin^2 \operatorname{am} 2\omega}\right)\left(1-\frac{xx}{\sin^2 \operatorname{am} 4\omega}\right)\cdots\left(1-\frac{xx}{\sin^2 \operatorname{am}(n-1)\omega}\right)$$

$$= \frac{x}{M}\left(1-\frac{xx}{\sin^2 \operatorname{am} 4\omega}\right)\left(1-\frac{xx}{\sin^2 \operatorname{am} 8\omega}\right)\cdots\left(1-\frac{xx}{\sin^2 \operatorname{am} 2(n-1)\omega}\right),$$

designante M Constantem. Cum posito $x = 1$, fiat $1 - y = 0$, $y = 1$, obtinemus ex aequatione $y = \frac{U}{V}$:

$$1 = \frac{\left(1-\frac{1}{\sin^2 \operatorname{am} 2\omega}\right)\left(1-\frac{1}{\sin^2 \operatorname{am} 4\omega}\right)\cdots\left(1-\frac{1}{\sin^2 \operatorname{am}(n-1)\omega}\right)}{M\left(1-k^2\sin^2 \operatorname{am} 2\omega\right)\left(1-k^2\sin^2 \operatorname{am} 4\omega\right)\cdots\left(1-k^2\sin^2 \operatorname{am}(n-1)\omega\right)}$$

$$= \frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}\left\{\sin \operatorname{coam} 2\omega \,.\, \sin \operatorname{coam} 4\omega \cdots \sin \operatorname{coam}(n-1)\omega\right\}^2}{M\left\{\sin \operatorname{am} 2\omega \,.\, \sin \operatorname{am} 4\omega \cdots \sin \operatorname{am}(n-1)\omega\right\}^2},$$

unde:

$$M = \frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}\left\{\sin \operatorname{coam} 2\omega \,.\, \sin \operatorname{coam} 4\omega \cdots \sin \operatorname{coam}(n-1)\omega\right\}^2}{\left\{\sin \operatorname{am} 2\omega \,.\, \sin \operatorname{am} 4\omega \cdots \sin \operatorname{am}(n-1)\omega\right\}^2}.$$

Inter functiones U, V memorabilis intercedit correlatio, illam dico supra memoratam, cuius beneficio fit, ut posito $\frac{1}{kx}$ loco x simul y in $\frac{1}{\lambda y}$ abeat, designante λ Constantem.

Posito enim $\frac{1}{kx}$ loco x abit:

$$U = \frac{x}{M}\left(1-\frac{xx}{\sin^2 \operatorname{am} 2\omega}\right)\left(1-\frac{xx}{\sin^2 \operatorname{am} 4\omega}\right)\cdots\left(1-\frac{xx}{\sin^2 \operatorname{am}(n-1)\omega}\right)$$

in hanc expressionem:

$$(-1)^{\frac{n-1}{2}}\frac{V}{M x^n}\cdot\frac{1}{k^n\left(\sin \operatorname{am} 2\omega \,.\, \sin \operatorname{am} 4\omega \cdots \sin \operatorname{am}(n-1)\omega\right)^2}.$$

Contra vero eadem substitutione facta,

$$V = \left(1-k^2x^2\sin^2 \operatorname{am} 2\omega\right)\left(1-k^2x^2\sin^2 \operatorname{am} 4\omega\right)\cdots\left(1-k^2x^2\sin^2 \operatorname{am}(n-1)\omega\right)$$

in hanc expressionem abit:

$$(-1)^{\frac{n-1}{2}}\frac{U}{x^n}\,.\,M\left\{\sin \operatorname{am} 2\omega \,.\, \sin \operatorname{am} 4\omega \cdots \sin \operatorname{am}(n-1)\omega\right\}^2.$$

Unde loco x posito $\frac{1}{kx}$, $y = \frac{U}{V}$ abit in:

$$\frac{V}{U} \cdot \frac{1}{MM.k^n \left\{\sin am\, 2\omega . \sin am\, 4\omega \ldots \sin am\, (n-1)\omega\right\}^4},$$

sive y in $\frac{1}{\lambda y}$, siquidem ponitur:

$$\lambda = MMk^n \left\{\sin am\, 2\omega . \sin am\, 4\omega \ldots\ldots \sin am\, (n-1)\omega\right\}^4$$
$$= k^n \left\{\sin coam\, 2\omega . \sin coam\, 4\omega \ldots\ldots \sin coam\, (n-1)\omega\right\}^4$$

Id quod demonstrandum erat.

Ex aequatione proposita:

$$1 - y = (1-x) \frac{\left\{\left(1 - \frac{x}{\sin coam\, 4\omega}\right)\left(1 - \frac{x}{\sin coam\, 8\omega}\right)\ldots\left(1 - \frac{x}{\sin coam\, 2(n-1)\omega}\right)\right\}^2}{(1 - k^2x^2 \sin^2 am\, 4\omega)(1 - k^2x^2 \sin^2 am\, 8\omega)\ldots(1 - k^2x^2 \sin^2 am\, 2(n-1)\omega)},$$

posito $\frac{1}{kx}$ loco x, $\frac{1}{\lambda y}$ loco y, quod ex antecedentibus licet, eruimus:

$$\frac{1}{\lambda y} - 1 = \frac{1-kx}{\lambda U} \left\{(1 - kx \sin coam\, 4\omega)(1 - kx \sin coam\, 8\omega)\ldots(1 - kx \sin coam\, 2(n-1)\omega)\right\}^2,$$

quod ductum in $\lambda y = \frac{\lambda U}{V}$, praebet:

$$1 - \lambda y = (1-kx) \frac{\left\{(1 - kx \sin coam\, 4\omega)(1 - kx \sin coam\, 8\omega)\ldots(1 - kx \sin coam\, 2(n-1)\omega)\right\}^2}{V}.$$

Ceterum patet, $y = \frac{U}{V}$ abire in $-y$, ubi x in $-x$ mutatur, quo facto igitur statim etiam $1+y$, $1+\lambda y$ ex $1-y$, $1-\lambda y$ obtinemus.

Iam igitur eiusmodi invenimus functiones elementi x rationales integras U, V, ut sit:

$$V + U = V(1+y) = (1+x)AA$$
$$V - U = V(1-y) = (1-x)BB$$
$$V + \lambda U = V(1+\lambda y) = (1+kx)CC$$
$$V - \lambda U = V(1-\lambda y) = (1-kx)DD,$$

designantibus A, B, C, D et ipsis functiones elementi x rationales integras. Hinc autem secundum Principia Transformationis initio stabilita statim sequitur:

$$\frac{dy}{\sqrt{1-y^2}\sqrt{1-\lambda^2 y^2}} = \frac{dx}{M\sqrt{1-x^2}\sqrt{1-k^2x^2}}.$$

Multiplicatorem M, quem vocabimus, ex observatione §. 15 facta obtinemus. Unde iam omnes formulae analyticae generales, quae theoriam transformationis functionum ellipticarum concernunt, demonstratae sunt.

22.

Demonstratio proposita ex ea, quam dedimus in Novis Astronomicis a Cl. Schumacher editis No. 127, eruitur, ubi ponitur ω loco $\frac{K}{n}$ aliis omnibus immutatis manentibus. Ipsum theorema analyticum generale de Transformatione sub forma paulo alia iam prius ibidem No. 123 cum Analystis communicaveram. Demonstrationem Cl. Legendre, summus in hac doctrina arbiter, ibidem No. 130 benigne et praeclare recensere voluit. Observat ibi Vir multis nominibus venerandus, aequationem:

$$V\frac{dU}{dx} - U\frac{dV}{dx} = \frac{ABCD}{M} = \frac{T}{M},$$

cuius beneficio demonstratio conficitur, et quae nobis e principiis transformationis mere algebraicis sequebatur, etiam sine illis analyticè probari posse. Quod cum ex ipsa Viri Clarissimi sententia egregiam theoremati nostro lucem affundat, praeeunte illo, paucis hunc in modum demonstremus.

Aequationem propositam:

$$V\frac{dU}{dx} - U\frac{dV}{dx} = \frac{ABCD}{M} = \frac{T}{M}$$

ita quoque exhibere licet:

$$\frac{dU}{U\,dx} - \frac{dV}{V\,dx} = \frac{d\log U}{dx} - \frac{d\log V}{dx} = \frac{ABCD}{MUV} = \frac{T}{MUV}.$$

Invenimus autem:

$$U = \frac{x}{M}\left(1 - \frac{xx}{\sin^2\operatorname{am}2\omega}\right)\left(1 - \frac{xx}{\sin^2\operatorname{am}4\omega}\right)\cdots\left(1 - \frac{xx}{\sin^2\operatorname{am}(n-1)\omega}\right)$$

$$V = \left(1 - k^2x^2\sin^2\operatorname{am}2\omega\right)\left(1 - k^2x^2\sin^2\operatorname{am}4\omega\right)\cdots\left(1 - k^2x^2\sin^2\operatorname{am}(n-1)\omega\right),$$

unde:

$$\frac{d\log U}{dx} - \frac{d\log V}{dx} = \frac{1}{x} + \Sigma\left\{\frac{-2x}{\sin^2\operatorname{am}2q\omega - xx} + \frac{2k^2x\sin^2\operatorname{am}2q\omega}{1 - k^2x^2\sin^2\operatorname{am}2q\omega}\right\},$$

numero q in summa designata tributis valoribus $1, 2, 3, \ldots, \frac{n-1}{2}$. Porro invenimus:

$$AB = \left(1 - \frac{xx}{\sin^2 \mathrm{coam}\, 2\omega}\right)\left(1 - \frac{xx}{\sin^2 \mathrm{coam}\, 4\omega}\right)\cdots\left(1 - \frac{xx}{\sin^2 \mathrm{coam}\,(n-1)\omega}\right)$$

$$CD = (1 - k^2x^2 \sin^2 \mathrm{coam}\, 2\omega)(1 - k^2x^2 \sin^2 \mathrm{coam}\, 4\omega)\ldots(1 - k^2x^2 \sin^2 \mathrm{coam}\,(n-1)\omega),$$

unde:

$$\frac{T}{MUV} = \frac{ABCD}{MUV} = \frac{x\prod\left(1 - \frac{xx}{\sin^2 \mathrm{coam}\, 2p\omega}\right)\left(1 - k^2x^2 \sin^2 \mathrm{coam}\, 2p\omega\right)}{x^2\prod\left(1 - \frac{xx}{\sin^2 \mathrm{am}\, 2p\omega}\right)\left(1 - k^2x^2 \sin^2 \mathrm{am}\, 2p\omega\right)},$$

siquidem in productis brevitatis causa praefixo signo Π denotatis elemento p valores tribuuntur $1, 2, 3, \ldots, \frac{n-1}{2}$. Hanc expressionem in fractiones simplices discerpere licet, ita ut formam induat:

$$\frac{1}{x} + \Sigma\left\{\frac{A^{(q)}x}{\sin^2 \mathrm{am}\, 2q\omega - xx} + \frac{B^{(q)}x}{1 - k^2x^2 \sin^2 \mathrm{am}\, 2q\omega}\right\},$$

quo facto ut evictum habeamus, quod propositum est, demonstrari debet, fore:

$$A^{(q)} = -2, \quad B^{(q)} = 2k^2 \sin^2 \mathrm{am}\, 2q\omega.$$

Denotabimus in sequentibus praefixo signo $\Pi^{(q)}$ productum ita formatum, ut elemento p valores tribuantur $1, 2, 3, \ldots, \frac{n-1}{2}$, omisso tamen valore $p = q$. Hinc e praeceptis fractionum simplicium theoriae abunde notis sequitur:

$$A^{(q)} = \left(1 - k^2 \sin^2 \mathrm{am}\, 2q\omega \,.\, \sin^2 \mathrm{coam}\, 2q\omega\right) \frac{\prod\left(\dfrac{1 - \frac{\sin^2 \mathrm{am}\, 2q\omega}{\sin^2 \mathrm{coam}\, 2p\omega}}{1 - k^2 \sin^2 \mathrm{am}\, 2q\omega \,.\, \sin^2 \mathrm{am}\, 2p\omega}\right)}{\prod^{(q)}\left(\dfrac{1 - \frac{\sin^2 \mathrm{am}\, 2q\omega}{\sin^2 \mathrm{am}\, 2p\omega}}{1 - k^2 \sin^2 \mathrm{am}\, 2q\omega \,.\, \sin^2 \mathrm{coam}\, 2p\omega}\right)}.$$

Iam e formulis supra a nobis exhibitis fit:

$$\frac{1 - \frac{\sin^2 \mathrm{am}\, 2q\omega}{\sin^2 \mathrm{coam}\, 2p\omega}}{1 - k^2 \sin^2 \mathrm{am}\, 2q\omega \sin^2 \mathrm{am}\, 2p\omega} = \frac{\cos \mathrm{am}\,(2q + 2p)\omega \,.\, \cos \mathrm{am}\,(2q - 2p)\omega}{\cos^2 \mathrm{am}\, 2p\omega}$$

$$\frac{1 - \frac{\sin^2 \mathrm{am}\, 2q\omega}{\sin^2 \mathrm{am}\, 2p\omega}}{1 - k^2 \sin^2 \mathrm{am}\, 2q\omega \,.\, \sin^2 \mathrm{coam}\, 2p\omega} = \frac{\cos \mathrm{coam}\,(2p + 2q)\omega \,.\, \cos \mathrm{coam}\,(2p - 2q)\omega}{\cos^2 \mathrm{coam}\, 2p\omega}.$$

Facile autem patet, sublatis qui in denominatore et numeratore iidem inveniuntur factoribus, fieri:

$$\Pi \frac{\cos \operatorname{am}(2q+2p)\omega \cos \operatorname{am}(2q-2p)\omega}{\cos^2 \operatorname{am} 2p\omega} = \frac{\pm 1}{\cos \operatorname{am} 2q\omega}$$

$$\Pi^{(q)} \frac{\cos \operatorname{coam}(2q+2p)\omega \cos \operatorname{coam}(2p-2q)\omega}{\cos^2 \operatorname{coam} 2p\omega} = \frac{\mp 1}{\cos \operatorname{coam} 2q\omega} \cdot \frac{\cos^2 \operatorname{coam} 2q\omega}{\cos \operatorname{coam} 4q\omega} = \frac{\mp \cos \operatorname{coam} 2q\omega}{\cos \operatorname{coam} 4q\omega},$$

unde:

$$A^{(q)} = \frac{-(1-k^2 \sin^2 \operatorname{am} 2q\omega \sin^2 \operatorname{coam} 2q\omega) \cos \operatorname{coam} 4q\omega}{\cos \operatorname{am} 2q\omega \cos \operatorname{coam} 2q\omega}.$$

At e nota de duplicatione formula fit:

$$\begin{aligned}\cos \operatorname{coam} 4q\omega &= \frac{2k' \sin \operatorname{am} 2q\omega \cos \operatorname{am} 2q\omega \Delta \operatorname{am} 2q\omega}{1-2k^2 \sin^2 \operatorname{am} 2q\omega + k^2 \sin^4 \operatorname{am} 2q\omega} \\ &= \frac{2k' \sin \operatorname{am} 2q\omega \cos \operatorname{am} 2q\omega \Delta \operatorname{am} 2q\omega}{\Delta^2 \operatorname{am} 2q\omega - k^2 \sin^2 \operatorname{am} 2q\omega \cos^2 \operatorname{am} 2q\omega} \\ &= \frac{2\cos \operatorname{am} 2q\omega \cos \operatorname{coam} 2q\omega}{1-k^2 \sin^2 \operatorname{am} 2q\omega \sin^2 \operatorname{coam} 2q\omega},\end{aligned}$$

unde tandem, quod demonstrandum erat, $A^{(q)} = -2$. Prorsus simili modo alteram aequationem: $B^{(q)} = 2k^2 \sin^2 \operatorname{am} 2q\omega$ probare licet; quod tamen, iam invento $A^{(q)} = -2$, facilius ita fit.

Facile patet, loco x posito $\frac{1}{kx}$ non mutari expressionem:

$$\Pi \frac{\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 \operatorname{coam} 2p\omega}\right)\left(1-k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{coam} 2p\omega\right)}{\left(1-k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 2p\omega\right)\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 \operatorname{am} 2p\omega}\right)},$$

quam vidimus aequalem poni posse expressioni:

$$1+\Sigma \frac{-2x^2}{\sin^2 \operatorname{am} 2q\omega - x^2} + \Sigma \frac{B^{(q)} x^2}{1-k^2 \sin^2 \operatorname{am} 2q\omega x^2}.$$

Haec autem expressio, posito $\frac{1}{kx}$ loco x, abit in hanc:

$$1+\Sigma \frac{2}{1-k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 2q\omega} + \Sigma \frac{-B^{(q)}}{k^2(\sin^2 \operatorname{am} 2q\omega - x^2)} =$$

$$1+\Sigma\left(2-\frac{B^{(q)}}{k^2 \sin^2 \operatorname{am} 2q\omega}\right) + \Sigma \frac{2k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 2q\omega}{1-k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 2q\omega} + \Sigma \frac{-B^{(q)}}{k^2 \sin^2 \operatorname{am} 2q\omega} \cdot \frac{x^2}{\sin^2 \operatorname{am} 2q\omega - x^2},$$

unde ut immutata illa maneat, quod debet, fieri oportet:

$$B^{(q)} = 2k^2 \sin^2 \operatorname{am} 2q\omega.$$

Q. D. E.

23.

E formula 14) §. 20 sequitur:

$$\sqrt{1-\lambda^2 y^2} = \sqrt{1-k^2 x^2}\,\frac{CD}{V} = \sqrt{1-k^2 x^2}\,\frac{(1-k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{coam} 2\omega)(1-k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{coam} 4\omega)\ldots\ldots(1-k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{coam}(n-1)\omega)}{(1-k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 2\omega)(1-k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 4\omega)\ldots\ldots(1-k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am}(n-1)\omega)}.$$

Posito $x = 1$, unde etiam $y = 1$, ac $\sqrt{1-\lambda\lambda} = \lambda'$, fit:

$$\lambda' = k' \left\{ \frac{\Delta \operatorname{coam} 2\omega\, \Delta \operatorname{coam} 4\omega \ldots \Delta \operatorname{coam}(n-1)\omega}{\Delta \operatorname{am} 2\omega\, \Delta \operatorname{am} 4\omega \ldots \Delta \operatorname{am}(n-1)\omega} \right\}^2.$$

Iam vero est:

$$\Delta \operatorname{coam} u = \frac{k'}{\Delta \operatorname{am} u},$$

unde:

$$1)\quad \lambda' = \frac{k'^n}{\left\{\Delta \operatorname{am} 2\omega . \Delta \operatorname{am} 4\omega \ldots\ldots \Delta \operatorname{am}(n-1)\omega\right\}^4}.$$

Porro in usum vocatis formulis:

$$2)\quad \lambda = k^n \left\{\sin \operatorname{coam} 2\omega . \sin \operatorname{coam} 4\omega \ldots\ldots \sin \operatorname{coam}(n-1)\omega\right\}^4$$

$$3)\quad M = (-1)^{\frac{n-1}{2}} \frac{\left\{\sin \operatorname{coam} 2\omega . \sin \operatorname{coam} 4\omega \ldots\ldots \sin \operatorname{coam}(n-1)\omega\right\}^2}{\left\{\sin \operatorname{am} 2\omega . \sin \operatorname{am} 4\omega \ldots\ldots \sin \operatorname{am}(n-1)\omega\right\}^2}.$$

nanciscimur:

$$4)\quad \frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}}{M}\sqrt{\frac{\lambda}{k^n}} = \left\{\sin \operatorname{am} 2\omega . \sin \operatorname{am} 4\omega \ldots\ldots \sin \operatorname{am}(n-1)\omega\right\}^2$$

$$5)\quad \sqrt{\frac{\lambda k'^n}{\lambda' k^n}} = \left\{\cos \operatorname{am} 2\omega \cos \operatorname{am} 4\omega \ldots\ldots \cos \operatorname{am}(n-1)\omega\right\}^2$$

$$6)\quad \sqrt{\frac{k'^n}{\lambda'}} = \left\{\Delta \operatorname{am} 2\omega\, \Delta \operatorname{am} 4\omega \ldots\ldots \Delta \operatorname{am}(n-1)\omega\right\}^2$$

$$7)\quad \frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}}{M}\sqrt{\frac{\lambda'}{k'^n}} = \left\{\operatorname{tg} \operatorname{am} 2\omega . \operatorname{tg} \operatorname{am} 4\omega \ldots \operatorname{tg} \operatorname{am}(n-1)\omega\right\}^2$$

$$8)\quad \sqrt{\frac{\lambda}{k^n}} = \left\{\sin \operatorname{coam} 2\omega . \sin \operatorname{coam} 4\omega \ldots \sin \operatorname{coam}(n-1)\omega\right\}^2$$

$$9)\quad \frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}}{M}\sqrt{\frac{\lambda\lambda' k'^n}{k' k' k^n}} = \left\{\cos \operatorname{coam} 2\omega \cos \operatorname{coam} 4\omega \ldots\ldots \cos \operatorname{coam}(n-1)\omega\right\}^2$$

10) $$\sqrt{\lambda' k'^{n-2}} = \left\{\Delta \operatorname{coam} 2\omega\, \Delta \operatorname{coam} 4\omega \ldots \Delta \operatorname{coam} (n-1)\omega\right\}^2$$

11) $$(-1)^{\frac{n-1}{2}} M \sqrt{\frac{1}{\lambda' k'^{n-2}}} = \left\{\operatorname{tg} \operatorname{coam} 2\omega \operatorname{tg} \operatorname{coam} 4\omega \ldots \operatorname{tg} \operatorname{coam} (n-1)\omega\right\}^2.$$

Harum formularum ope formulae 1), 4), 5) in sequentes abeunt:

12) $$\sin \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) = \sqrt{\frac{k^n}{\lambda}} \sin \operatorname{am} u \sin \operatorname{am}(u+4\omega) \sin \operatorname{am}(u+8\omega) \ldots \sin \operatorname{am}(u+4(n-1)\omega)$$

13) $$\cos \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) = \sqrt{\frac{\lambda' k^n}{\lambda k'^n}} \cos \operatorname{am} u \cos \operatorname{am}(u+4\omega) \cos \operatorname{am}(u+8\omega) \ldots \cos \operatorname{am}(u+4(n-1)\omega)$$

14) $$\Delta \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) = \sqrt{\frac{\lambda'}{k'^n}} \Delta \operatorname{am} u\, \Delta \operatorname{am}(u+4\omega)\, \Delta \operatorname{am}(u+8\omega) \ldots \Delta \operatorname{am}(u+4(n-1)\omega).$$

unde etiam:

15) $$\operatorname{tg} \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) = \sqrt{\frac{k'^n}{\lambda'}} \operatorname{tg} \operatorname{am} u \operatorname{tg} \operatorname{am}(u+4\omega) \operatorname{tg} \operatorname{am}(u+8\omega) \ldots \operatorname{tg} \operatorname{am}(u+4(n-1)\omega).$$

Aliud ita invenitur formularum systema. Ex aequatione 4) sequitur:

$$\frac{\lambda}{M^2 k^n} = \left\{\sin \operatorname{am} 2\omega \sin \operatorname{am} 4\omega \ldots \sin \operatorname{am}(n-1)\omega\right\}^4,$$

unde:

$$y = \sin \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) = \frac{x}{M} \prod \frac{1 - \frac{xx}{\sin^2 \operatorname{am} 2p\omega}}{1 - k^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} 2p\omega} = \frac{kM}{\lambda} x \prod \frac{xx - \sin^2 \operatorname{am} 2p\omega}{xx - \frac{1}{k^2 \sin^2 \operatorname{am} 2p\omega}};$$

sive:

$$0 = x \prod (x^2 - \sin^2 \operatorname{am} 2p\omega) - \frac{\lambda}{kM} \sin \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) \prod \left(x^2 - \frac{1}{k^2 \sin^2 \operatorname{am} 2p\omega}\right).$$

Radices huius aequationis n^{ti} ordinis sunt:

$$x = \sin \operatorname{am} u,\ \sin \operatorname{am}(u+4\omega),\ \sin \operatorname{am}(u+8\omega),\ \ldots,\ \sin \operatorname{am}(u+4(n-1)\omega),$$

unde aequationem nanciscimur identicam:

$$x \prod (x^2 - \sin^2 \operatorname{am} 2p\omega) - \frac{\lambda}{kM} \sin \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) \prod \left(x^2 - \frac{1}{k^2 \sin^2 \operatorname{am} 2p\omega}\right) =$$
$$\left(x - \sin \operatorname{am} u\right)\left(x - \sin \operatorname{am}(u+4\omega)\right)\left(x - \sin \operatorname{am}(u+8\omega)\right) \ldots \left(x - \sin \operatorname{am}(u+4(n-1)\omega)\right).$$

Hinc prodit summa radicum

$$16)\quad \sum \sin \operatorname{am}(u+4q\omega) = \frac{\lambda}{kM} \sin \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right).$$

Eodem modo invenitur:

$$17)\quad \sum \cos \operatorname{am}(u+4q\omega) = \frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}\lambda}{kM} \cos \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right)$$

$$18)\quad \sum \Delta \operatorname{am}(u+4q\omega) = \frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}}{M} \Delta \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right)$$

$$19)\quad \sum \operatorname{tg} \operatorname{am}(u+4q\omega) = \frac{\lambda'}{k'M} \operatorname{tg} \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right),$$

in quibus formulis numero q tribuuntur valores 0, 1, 2, 3, ... n — 1. Quas formulas etiam hunc in modum repraesentare convenit:

$$\frac{\lambda}{kM} \sin \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) = \sin \operatorname{am} u + \sum \left\{\sin \operatorname{am}(u+4q\omega) + \sin \operatorname{am}(u-4q\omega)\right\}$$

$$\frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}\lambda}{kM} \cos \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) = \cos \operatorname{am} u + \sum \left\{\cos \operatorname{am}(u+4q\omega) + \cos \operatorname{am}(u-4q\omega)\right\}$$

$$\frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}}{M} \Delta \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) = \Delta \operatorname{am} u + \sum \left\{\Delta \operatorname{am}(u+4q\omega) + \Delta \operatorname{am}(u-4q\omega)\right\}$$

$$\frac{\lambda'}{k'M} \operatorname{tg} \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) = \operatorname{tg} \operatorname{am} u + \sum \left\{\operatorname{tg} \operatorname{am}(u+4q\omega) + \operatorname{tg} \operatorname{am}(u-4q\omega)\right\},$$

ubi numero q tribuuntur valores 1, 2, 3, ... $\frac{n-1}{2}$. Iam adnotentur formulae:

$$\sin \operatorname{am}(u+4q\omega) + \sin \operatorname{am}(u-4q\omega) = \frac{2 \cos \operatorname{am} 4q\omega \, \Delta \operatorname{am} 4q\omega \sin \operatorname{am} u}{1 - k^2 \sin^2 \operatorname{am} 4q\omega \sin^2 \operatorname{am} u}$$

$$\cos \operatorname{am}(u+4q\omega) + \cos \operatorname{am}(u-4q\omega) = \frac{2 \cos \operatorname{am} 4q\omega \cos \operatorname{am} u}{1 - k^2 \sin^2 \operatorname{am} 4q\omega \sin^2 \operatorname{am} u}$$

$$\Delta \operatorname{am}(u+4q\omega) + \Delta \operatorname{am}(u-4q\omega) = \frac{2 \Delta \operatorname{am} 4q\omega \, \Delta \operatorname{am} u}{1 - k^2 \sin^2 \operatorname{am} 4q\omega \sin^2 \operatorname{am} u}$$

$$\operatorname{tg} \operatorname{am}(u+4q\omega) + \operatorname{tg} \operatorname{am}(u-4q\omega) = \frac{2 \Delta \operatorname{am} 4q\omega \sin \operatorname{am} u \cos \operatorname{am} u}{\cos^2 \operatorname{am} 4q\omega - \Delta^2 \operatorname{am} 4q\omega \sin^2 \operatorname{am} u}\,{}^{*)},$$

*) cf. §. 18 formulas 1), 2), 3); formula postrema e formulis 10), 30) fluit, ubi reputas, esse $\operatorname{tg} \sigma + \operatorname{tg} d = \frac{\sin(\sigma + d)}{\cos \sigma \cos d}$.

quarum ope formulae 16) — 19) in has abeunt:

$$20)\quad \frac{\lambda}{kM}\sin\mathrm{am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)=\sin\mathrm{am}\,u+\sum\frac{2\cos\mathrm{am}\,4q\omega\,\Delta\,\mathrm{am}\,4q\omega\sin\mathrm{am}\,u}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,4q\omega\sin^2\mathrm{am}\,u}$$

$$21)\quad \frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}\lambda}{kM}\cos\mathrm{am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)=\cos\mathrm{am}\,u+\sum\frac{2\cos\mathrm{am}\,4q\omega\cos\mathrm{am}\,u}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,4q\omega\sin^2\mathrm{am}\,u}$$

$$22)\quad \frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}}{M}\Delta\,\mathrm{am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)=\Delta\,\mathrm{am}\,u+\sum\frac{2\,\Delta\,\mathrm{am}\,4q\omega\,\Delta\,\mathrm{am}\,u}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,4q\omega\sin^2\mathrm{am}\,u}$$

$$23)\quad \frac{\lambda'}{k'M}\mathrm{tg}\,\mathrm{am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)=\mathrm{tg}\,\mathrm{am}\,u+\sum\frac{2\,\Delta\,\mathrm{am}\,4q\omega\sin\mathrm{am}\,u\cos\mathrm{am}\,u}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,4q\omega\sin^2\mathrm{am}\,u},$$

quae etiam obtinentur, ubi formulae supra propositae e methodis notis in fractiones simplices resolvuntur.

DE VARIIS EIUSDEM ORDINIS TRANSFORMATIONIBUS. TRANSFORMATIONES DUAE REALES, MAIORIS MODULI IN MINOREM ET MINORIS IN MAIOREM.

24.

Elemento ω vidimus tribui posse valorem quemlibet schematis $\frac{mK+m'iK'}{n}$ designantibus m, m′ numeros integros positivos s. negativos, qui tamen, quoties n est numerus compositus, nullum ipsius n factorem communem habent. Facile autem patet, ubi q sit primus ad n, valores $\omega=\frac{qmK+qm'iK'}{n}$ substitutiones diversas non exhibituros esse. Hinc ubi ipse n est numerus primus, valores elementi ω, qui transformationes diversas suppeditant, erunt omnes:

$$\frac{K}{n},\ \frac{iK'}{n},\ \frac{K+iK'}{n},\ \frac{K+2iK'}{n},\ \frac{K+3iK'}{n},\ \ldots\ \frac{K+(n-1)iK'}{n},$$

sive etiam:

$$\frac{K}{n},\ \frac{iK'}{n},\ \frac{K+iK'}{n},\ \frac{2K+iK'}{n},\ \frac{3K+iK'}{n},\ \ldots\ \frac{(n-1)K+iK'}{n},$$

aut, si placet:

$$\frac{K}{n},\ \frac{iK'}{n},\ \frac{K\pm iK'}{n},\ \frac{K\pm 2iK'}{n},\ \frac{K\pm 3iK'}{n},\ \ldots\ \frac{K\pm\frac{n-1}{2}iK'}{n},$$

sive etiam:

$$\frac{K}{n},\ \frac{iK'}{n},\ \frac{K \pm iK'}{n},\ \frac{2K \pm iK'}{n},\ \frac{3K \pm iK'}{n},\ \ldots\ \frac{\frac{n-1}{2}K \pm iK'}{n},$$

quorum est numerus $n+1$. Ac reapse vidimus, in transformationibus tertii et quinti ordinis, supra tamquam exemplis propositis, aequationes inter $u = \sqrt[4]{k}$ et $v = \sqrt[4]{\lambda}$, quas *Aequationes Modulares* nuncupabimus, resp. ad quartum et sextum gradum ascendisse. Quoties vero n est numerus compositus, iste valde augetur numerus; accedunt enim casus, quibus sive m, sive m' sive etiam uterque factorem habet cum n communem, modo ne utrisque m, m' idem communis sit cum n. Generaliter autem valet theorema:

„*numerum substitutionem n^{ti} ordinis inter se diversarum, quarum ope transfor-*
„*mare liceat functiones ellipticas, aequare summam factorum ipsius n, qui ta-*
„*men numerus, quoties n per quadratum dividitur, et substisutiones amplectitur*
„*ex transformatione et multiplicatione mixtas; adeoque quoties n ipsum est qua-*
„*dratum ipsam multiplicationem.*"

Ista igitur factorum summa designabit gradum, ad quem pro dato numero n Aequatio Modularis ascendet, ubi adnotandum est, quoties n sit numerus quadratus, unam e radicum numero praebituram esse $k = \lambda$, ac generaliter, quoties $n = m^2 v$, designante m^2 quadratum minimum, per quod numerum n dividere licet, e numero radicum fore etiam omnes radices Aequationis Modularis, quae ad ipsum v pertinet.

Inter valores elementi ω supra propositos, qui casu, quo n est primus, quem, cum in eum reliqui redeant, sive unice sive prae ceteris considerare convenit, universam transformationum copiam suggerunt, duo tantum generaliter loquendo *) inveniuntur, qui transformationes reales suppeditant, hos dico $\omega = \frac{K}{n}$, $\omega = \frac{iK'}{n}$. Illam in sequentibus vocabimus transformationem *primam*, hanc *secundam*; modulosque qui his respondent, designabimus resp. per λ, $\lambda_{,}$ eorumque Complementa per λ', $\lambda'_{,}$. Argumenta amplitudinis $\frac{\pi}{2}$, quae his modulis respondent, (functiones integras vocat Cl. Legendre,) designabimus per Λ, $\Lambda_{,}$, Λ', $\Lambda'_{,}$. Formulae nostrae generales pro his casibus evadunt sequentes.

Algorithmus non inelegans peti potest ad computanda Integralia Elliptica primae speciei *indefinita*: idque ope formulae, probatu facilis:

$$\Delta^{(2)} = \sqrt{\frac{2(\Delta + k')}{(1+k')(1+\Delta)}}.$$

Quem in finem proponimus

THEOREMA.

Posito

$$\int_0^{\Phi} \frac{d\Phi}{\sqrt{mm \cos\Phi^2 + nn \sin\Phi^2}} = \psi$$

$$\sqrt{mm \cos\Phi^2 + nn \sin\Phi^2} = \Delta,$$

formentur expressiones:

$$\frac{m+n}{2} = m' \qquad \sqrt{mn} = n' \qquad \Delta' = \sqrt{\frac{mm'(\Delta+n)}{m+\Delta}}$$

$$\frac{m'+n'}{2} = m'' \qquad \sqrt{m'n'} = n'' \qquad \Delta'' = \sqrt{\frac{m'm''(\Delta'+n')}{m'+\Delta'}}$$

$$\frac{m''+n''}{2} = m''' \qquad \sqrt{m''n''} = n''' \qquad \Delta''' = \sqrt{\frac{m''m'''(\Delta''+n'')}{m''+\Delta''}}$$

. . . . ,

designante μ limitem communem, ad quem quantitates $m^{(p)}$, $\Delta^{(p)}$, $n^{(p)}$ crescente p rapidissime convergunt, erit:

$$\operatorname{tang} \mu \Phi = \frac{\Delta' \Delta'' \Delta''' \ldots}{m\, m'\, m'' \ldots} . \operatorname{tang} \varphi .$$

Iisdem methodis, quibus in antecedentibus usi sumus, invenitur etiam valor producti infiniti

$$\frac{2\sqrt[4]{q}}{\sqrt{k}} \cdot \frac{2\sqrt[4]{q^2}}{\sqrt{k^{(2)}}} \cdot \frac{2\sqrt[4]{q^4}}{\sqrt{k^{(4)}}} \cdot \frac{2\sqrt[4]{q^8}}{\sqrt{k^{(8)}}} \ldots$$

Quem in finem allegamus formulas §. 36, 4), 5):

$$\left\{(1+q)(1+q^3)(1+q^5)(1+q^7) \ldots\right\}^6 = \frac{2\sqrt[4]{q}}{\sqrt{k k'}}$$

$$\left\{(1+q^2)(1+q^4)(1+q^6)(1+q^8) \ldots\right\}^{12} = \frac{k}{4\sqrt{k'}\sqrt{q}},$$

quarum posterior e priori nascitur loco q posito successive q^2, q^4, q^8 cet. et facto producto infinito, unde obtinemus:

$$\frac{k}{4\sqrt{k'}\sqrt{q}} = \frac{2\sqrt[4]{q^2}}{\sqrt{k^{(2)} k^{(2)\prime}}} \cdot \frac{2\sqrt[4]{q^4}}{\sqrt{k^{(4)} k^{(4)\prime}}} \cdot \frac{2\sqrt[4]{q^8}}{\sqrt{k^{(8)} k^{(8)\prime}}} \ldots$$

Iam vero eruimus 1):

$$\frac{2K}{\pi} = \sqrt{\frac{k^{(2)\prime} k^{(4)\prime} k^{(8)\prime} \ldots}{k'}},$$

unde:

$$5) \quad \frac{\sqrt{k}}{2\sqrt[4]{q}} \cdot \frac{2K}{\pi} = \frac{2\sqrt[4]{q}}{\sqrt{k}} \cdot \frac{2\sqrt[4]{q^2}}{\sqrt{k^{(2)}}} \cdot \frac{2\sqrt[4]{q^4}}{\sqrt{k^{(4)}}} \cdot \frac{2\sqrt[4]{q^8}}{\sqrt{k^{(8)}}} \ldots$$

Quae licet aliena videri possint ab instituto nostro, cum nec elegantia careant, et magnopere faciant ad perspiciendam naturam evolutionum propositarum, opposuisse iuvat.

EVOLUTIO FUNCTIONUM ELLIPTICARUM IN SERIES SECUNDUM SINUS VEL COSINUS MULTIPLORUM ARGUMENTI PROGREDIENTES.

39.

E formulis supra traditis:

1) $$\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi} = \frac{2\sqrt[4]{q}}{\sqrt{k}}\sin x \cdot \frac{(1-2q^2\cos 2x+q^4)(1-2q^4\cos 2x+q^8)(1-2q^6\cos 2x+q^{12})\ldots}{(1-2q\cos 2x+q^2)(1-2q^3\cos 2x+q^6)(1-2q^5\cos 2x+q^{10})\ldots}$$

2) $$\cos\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi} = \frac{2\sqrt[4]{q}\,\sqrt{k'}}{\sqrt{k}}\cos x \cdot \frac{(1+2q^2\cos 2x+q^4)(1+2q^4\cos 2x+q^8)(1+2q^6\cos 2x+q^{12})\ldots}{(1-2q\cos 2x+q^2)(1-2q^3\cos 2x+q^6)(1-2q^5\cos 2x+q^{10})\ldots}$$

3) $$\Delta\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi} = \sqrt{k'}\,\frac{(1+2q\cos 2x+q^2)(1+2q^3\cos 2x+q^6)(1+2q^5\cos 2x+q^{10})\ldots}{(1-2q\cos 2x+q^2)(1-2q^3\cos 2x+q^6)(1-2q^5\cos 2x+q^{10})\ldots}$$

4) $$\sqrt{\frac{1-\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}{1+\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}} = \sqrt{\frac{1-\sin x}{1+\sin x}}\cdot\frac{(1-2q\sin x+q^2)(1-2q^2\sin x+q^4)(1-2q^3\sin x+q^6)\ldots}{(1+2q\sin x+q^2)(1+2q^2\sin x+q^4)(1+2q^3\sin x+q^6)\ldots}.$$

5) $$\sqrt{\frac{1-k\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}{1+k\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}} = \sqrt{k'}\,\frac{(1-2\sqrt{q}\sin x+q)(1-2\sqrt{q^3}\sin x+q^3)(1-2\sqrt{q^5}\sin x+q^5)\ldots}{(1+2\sqrt{q}\sin x+q)(1+2\sqrt{q^3}\sin x+q^3)(1+2\sqrt{q^5}\sin x+q^5)\ldots}.$$

logarithmis singulorum factorum in altera aequationum parte evolutis, post reductiones obvias, sequuntur hae:

6) $$\log\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi} = \log\left\{\frac{2\sqrt[4]{q}\sin x}{\sqrt{k}}\right\} + \frac{2q\cos 2x}{1+q} + \frac{2q^2\cos 4x}{2(1+q^2)} + \frac{2q^3\cos 6x}{3(1+q^3)} + \ldots$$

7) $$\log\cos\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi} = \log\left\{2\sqrt[4]{q}\sqrt{\frac{k'}{k}}\cos x\right\} + \frac{2q\cos 2x}{1-q} + \frac{2q^2\cos 4x}{2(1+q^2)} + \frac{2q^3\cos 6x}{3(1-q^3)} + \ldots$$

8) $$\log\Delta\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi} = \log\sqrt{k'} + \frac{4q\cos 2x}{1-q^2} + \frac{4q^3\cos 6x}{3(1-q^6)} + \frac{4q^5\cos 10x}{5(1-q^{10})} + \ldots$$

9) $$\log\sqrt{\frac{1+\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}{1-\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}} = \log\sqrt{\frac{1+\sin x}{1-\sin x}} + \frac{4q\sin x}{1-q} - \frac{4q^3\sin 3x}{3(1-q^3)} + \frac{4q^5\sin 5x}{5(1-q^5)} - \ldots$$

N 2

$$10)\quad \log\sqrt{\frac{1-k\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}{1+k\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}} = -\frac{4\sqrt{q}\sin x}{1-q} + \frac{4\sqrt{q^3}\sin 3x}{3(1-q^3)} - \frac{4\sqrt{q^5}\sin 5x}{5(1-q^5)} - \ldots$$

Quibus formulis differentiatis, ubi adnotamus formulas differentiales probatu faciles:

$$\frac{d\,.\log\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}{dx} = \frac{2k'K}{\pi}\,.\,\frac{\cos\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}{\cos\operatorname{coam}\frac{2Kx}{\pi}}$$

$$-\frac{d\,.\log\cos\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}{dx} = \frac{2K}{\pi}\,.\,\frac{\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}{\sin\operatorname{coam}\frac{2Kx}{\pi}} = \frac{2K}{\pi}\,.\,\operatorname{tg}\left(\frac{\operatorname{am}\frac{4Kx}{\pi}}{2}\right)$$

$$-\frac{d\,.\log\Delta\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}{dx} = \frac{2k^2K}{\pi}\,.\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}\sin\operatorname{coam}\frac{2Kx}{\pi}$$

$$\frac{d\,.\log\sqrt{\frac{1+\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}{1-\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}}}{dx} = \frac{2K}{\pi}\,.\,\frac{1}{\sin\operatorname{coam}\frac{2Kx}{\pi}}$$

$$\frac{d\,.\log\sqrt{\frac{1+k\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}{1-k\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}}}{dx} = \frac{2kK}{\pi}\,.\sin\operatorname{coam}\frac{2Kx}{\pi},$$

eruimus sequentes:

$$11)\quad \frac{2k'K}{\pi}\,.\,\frac{\cos\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}{\cos\operatorname{coam}\frac{2Kx}{\pi}} = \operatorname{cotg} x - \frac{4q\sin 2x}{1+q} - \frac{4q^2\sin 4x}{1+q^2} - \frac{4q^3\sin 6x}{1+q^3} - \ldots$$

$$12)\quad \frac{2K}{\pi}\,.\,\frac{\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}{\sin\operatorname{coam}\frac{2Kx}{\pi}} = \operatorname{tg} x + \frac{4q\sin 2x}{1-q} + \frac{4q^2\sin 4x}{1+q^2} + \frac{4q^3\sin 6x}{1-q^3} + \ldots$$

$$13)\quad \frac{2k^2K}{\pi}\,.\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}\sin\operatorname{coam}\frac{2Kx}{\pi} = \frac{8q\sin 2x}{1-q^2} + \frac{8q^3\sin 6x}{1-q^6} + \frac{8q^5\sin 10x}{1-q^{10}} + \ldots$$

$$14)\quad \frac{2K}{\pi \sin \operatorname{coam} \frac{2Kx}{\pi}} = \frac{1}{\cos x} + \frac{4q\cos x}{1-q} - \frac{4q^3\cos 3x}{1-q^3} + \frac{4q^5\cos 5x}{1-q^5} - \ldots$$

$$15)\quad \frac{2kK}{\pi} \cdot \sin \operatorname{coam} \frac{2Kx}{\pi} = \frac{4\sqrt{q}\cos x}{1-q} - \frac{4\sqrt{q^3}\cos 3x}{1-q^3} + \frac{4\sqrt{q^5}\cos 5x}{1-q^5} - \ldots$$

Ubi in his formulis loco x ponitur $\frac{\pi}{2} - x$, eruitur:

$$16)\quad \frac{2k'K}{\pi} \cdot \frac{\cos \operatorname{coam} \frac{2Kx}{\pi}}{\cos \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}} = \operatorname{tg} x - \frac{4q\sin 2x}{1+q} + \frac{4q^2\sin 4x}{1+q^2} - \frac{4q^3\sin 6x}{1+q^3} + \ldots$$

$$17)\quad \frac{2K}{\pi} \cdot \frac{\sin \operatorname{coam} \frac{2Kx}{\pi}}{\sin \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}} = \operatorname{cotg} x + \frac{4q\sin 2x}{1-q} - \frac{4q^2\sin 4x}{1+q^2} + \frac{4q^3\sin 6x}{1-q^3} - \ldots$$

$$18)\quad \frac{2K}{\pi \sin \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}} = \frac{1}{\sin x} + \frac{4q\sin x}{1-q} + \frac{4q^3\sin 3x}{1-q^3} + \frac{4q^5\sin 5x}{1-q^5} + \ldots$$

$$19)\quad \frac{2kK}{\pi} \cdot \sin \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi} = \frac{4\sqrt{q}\sin x}{1-q} + \frac{4\sqrt{q^3}\sin 3x}{1-q^3} + \frac{4\sqrt{q^5}\sin 5x}{1-q^5} + \ldots$$

Formula 13) ponendo $\frac{\pi}{2} - x$ loco x immutata manet.

Mutando q in $-q$ e theoremate I. §. 37 formulae 11), 12) in 17), 16) abeunt; 13) immutata manet; e formulis 14), 15), 18), 19) obtinemus:

$$20)\quad \frac{2k'K}{\pi \cos \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}} = \frac{1}{\cos x} - \frac{4q\cos x}{1+q} + \frac{4q^3\cos 3x}{1-q^3} - \frac{4q^5\cos 5x}{1+q^5} + \ldots$$

$$21)\quad \frac{2kK}{\pi} \cdot \cos \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi} = \frac{4\sqrt{q}\cos x}{1+q} + \frac{4\sqrt{q^3}\cos 3x}{1+q^3} + \frac{4\sqrt{q^5}\cos 5x}{1+q^5} + \ldots$$

$$22)\quad \frac{2k'K}{\pi \cos \operatorname{coam} \frac{2Kx}{\pi}} = \frac{1}{\sin x} - \frac{4q\sin x}{1+q} - \frac{4q^3\sin 3x}{1+q^3} - \frac{4q^5\sin 5x}{1+q^5} - \ldots$$

$$23)\quad \frac{2kK}{\pi} \cdot \cos \operatorname{coam} \frac{2Kx}{\pi} = \frac{4\sqrt{q}\sin x}{1+q} - \frac{4\sqrt{q^3}\sin 3x}{1+q^3} + \frac{4\sqrt{q^5}\sin 5x}{1+q^5} - \ldots$$

Formulae 19), 21) per evolutiones notas ex iis etiam facile derivari possunt, quas supra attulimus §. 35. 6), 7):

$$\sin \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi} = \frac{2\pi}{kK} \sin x \left(\frac{\sqrt{q}\,(1+q)}{1-2q\cos 2x+q^2} + \frac{\sqrt{q^3}\,(1+q^3)}{1-2q^3\cos 2x+q^6} + \frac{\sqrt{q^5}\,(1+q^5)}{1-2q^5\cos 2x+q^{10}} + \cdots \right)$$

$$\cos \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi} = \frac{2\pi}{kK} \cos x \left(\frac{\sqrt{q}\,(1-q)}{1-2q\cos 2x+q^2} - \frac{\sqrt{q^3}\,(1-q^3)}{1-2q^3\cos 2x+q^6} + \frac{\sqrt{q^5}\,(1-q^5)}{1-2q^5\cos 2x+q^{10}} - \cdots \right).$$

E formula 9) §. 35:

$$\operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi} =$$

$$\pm x + 2\operatorname{Arc\,tg}\left(\left(\frac{1+q}{1-q}\right)\operatorname{tg} x\right) - 2\operatorname{Arc\,tg}\left(\left(\frac{1+q^2}{1-q^2}\right)\operatorname{tg} x\right) + 2\operatorname{Arc\,tg}\left(\left(\frac{1+q^3}{1-q^3}\right)\operatorname{tg} x\right) - \cdots$$

sequitur adhuc:

$$24)\quad \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi} = x + \frac{2q\sin 2x}{1+q^2} + \frac{2q^2\sin 4x}{2(1+q^4)} + \frac{2q^3\sin 6x}{3(1+q^6)} + \cdots$$

Eandem enim pro signi ambigui ratione ita repraesentare licet:

$$\begin{array}{llll} +x + 2\operatorname{Arc\,tg}.\dfrac{(1+q)t}{1-q} & - 2\operatorname{Arc\,tg}.\dfrac{(1+q^2)t}{1-q^2} & + 2\operatorname{Arc\,tg}.\dfrac{(1+q^3)t}{1-q^3} & - \cdots, \\ \quad - 2x & \quad + 2x & \quad - 2x & + \cdots \end{array}$$

siquidem brevitatis causa $t = \operatorname{tg} x$. Fit autem:

$$\operatorname{Arc\,tg}.\frac{(1+q)t}{1-q} - x = \operatorname{Arc\,tg}.\left\{\frac{(1+q)t-(1-q)t}{1-q+(1+q)tt}\right\} =$$

$$\operatorname{Arc\,tg}.\left\{\frac{2qt}{1+tt-q(1-tt)}\right\} = \operatorname{Arc\,tg}.\left\{\frac{q\sin 2x}{1-q\cos 2x}\right\},$$

unde $\operatorname{am} \dfrac{2Kx}{\pi} =$

$$x + 2\operatorname{Arc\,tg}.\frac{q\sin 2x}{1-q\cos 2x} - 2\operatorname{Arc\,tg}.\frac{q^2\sin 2x}{1-q^2\cos 2x} + 2\operatorname{Arc\,tg}.\frac{q^3\sin 2x}{1-q^3\cos 2x} - \cdots,$$

sive cum sit:

$$\operatorname{Arc\,tg}.\frac{q\sin 2x}{1-q\cos 2x} = q\sin 2x + \frac{q^2\sin 4x}{2} + \frac{q^3\sin 6x}{3} + \cdots,$$

fit $\operatorname{am} \dfrac{2Kx}{\pi} =$

$$x + \frac{2q\sin 2x}{1+q^2} + \frac{2q^2\sin 4x}{2(1+q^4)} + \frac{2q^3\sin 6x}{3(1+q^6)} + \cdots$$

quae est formula 24). E cuius differentiatione prodit:

$$25)\quad \frac{2K}{\pi}\cdot\Delta\,\mathrm{am}\,\frac{2Kx}{\pi} = 1 + \frac{4q\cos 2x}{1+q^2} + \frac{4q^2\cos 4x}{1+q^4} + \frac{4q^3\cos 6x}{1+q^6} + \ldots$$

unde etiam, posito $-q$ loco q seu $\frac{\pi}{2}-x$ loco x:

$$26)\quad \frac{2k'K}{\pi\,\Delta\,\mathrm{am}\,\frac{2Kx}{\pi}} = 1 - \frac{4q\cos 2x}{1+q^2} + \frac{4q^2\cos 4x}{1+q^4} - \frac{4q^3\cos 6x}{1+q^6} + \ldots$$

40.

E formulis propositis, ponendo $x=0$ vel aliis modis facile eruuntur sequentes:

$$1)\quad \log k = \log 4\sqrt{q} - \frac{4q}{1+q} + \frac{4q^2}{2(1+q^2)} - \frac{4q^3}{3(1+q^3)} + \frac{4q^4}{4(1+q^4)} - \ldots$$

$$2)\quad -\log k' = \frac{8q}{1-q^2} + \frac{8q^3}{3(1-q^6)} + \frac{8q^5}{5(1-q^{10})} + \frac{8q^7}{7(1-q^{14})} + \ldots$$

$$3)\quad \log\frac{2K}{\pi} = \frac{4q}{1+q} + \frac{4q^3}{3(1+q^3)} + \frac{4q^5}{5(1+q^5)} + \frac{4q^7}{7(1+q^7)} + \ldots$$

$$4)\quad \frac{2K}{\pi} = 1 + \frac{4q}{1-q} - \frac{4q^3}{1-q^3} + \frac{4q^5}{1-q^5} + \ldots$$

$$= 1 + \frac{4q}{1+q^2} + \frac{4q^2}{1+q^4} + \frac{4q^3}{1+q^6} + \ldots$$

$$5)\quad \frac{2kK}{\pi} = \frac{4\sqrt{q}}{1-q} - \frac{4\sqrt{q^3}}{1-q^3} + \frac{4\sqrt{q^5}}{1-q^5} - \ldots$$

$$= \frac{4\sqrt{q}}{1+q} + \frac{4\sqrt{q^3}}{1+q^3} + \frac{4\sqrt{q^5}}{1+q^5} + \ldots$$

$$6)\quad \frac{2k'K}{\pi} = 1 - \frac{4q}{1+q} + \frac{4q^3}{1+q^3} - \frac{4q^5}{1+q^5} + \ldots$$

$$= 1 - \frac{4q}{1+q^2} + \frac{4q^2}{1+q^4} - \frac{4q^3}{1+q^6} + \ldots$$

$$7)\quad \frac{2\sqrt{k'}K}{\pi} = 1 - \frac{4q^2}{1+q^2} + \frac{4q^6}{1+q^6} - \frac{4q^{10}}{1+q^{10}} + \ldots$$

$$= 1 - \frac{4q^2}{1+q^4} + \frac{4q^4}{1+q^8} - \frac{4q^6}{1+q^{12}} + \ldots$$

$$8)\quad \frac{4KK}{\pi\pi} = 1 + \frac{8q}{1-q} + \frac{16q^2}{1+q^2} + \frac{24q^3}{1-q^3} + \ldots$$

$$= 1 + \frac{8q}{(1-q)^2} + \frac{8q^2}{(1+q^2)^2} + \frac{8q^3}{(1-q^3)^2} + \ldots$$

$$9)\quad \frac{4kkKK}{\pi\pi} = \frac{16q}{1-q^2} + \frac{48q^3}{1-q^6} + \frac{80q^5}{1-q^{10}} + \ldots$$

$$= \frac{16q(1+q^2)}{(1-q^2)^2} + \frac{16q^3(1+q^6)}{(1-q^6)^2} + \frac{16q^5(1+q^{10})}{(1-q^{10})^2} + \ldots$$

$$10)\quad \frac{4k'k'KK}{\pi\pi} = 1 - \frac{8q}{1+q} + \frac{16q^2}{1+q^2} - \frac{24q^3}{1+q^3} + \ldots$$

$$= 1 - \frac{8q}{(1+q)^2} + \frac{8q^2}{(1+q^2)^2} - \frac{8q^3}{(1+q^3)^2} + \ldots$$

$$11)\quad \frac{4kk'KK}{\pi\pi} = \frac{4\sqrt{q}}{1+q} - \frac{12\sqrt{q^3}}{1+q^3} + \frac{20\sqrt{q^5}}{1+q^5} - \ldots$$

$$= \frac{4\sqrt{q}(1+q)}{(1+q)^2} + \frac{4\sqrt{q^3}(1+q^3)}{(1+q^3)^2} + \frac{4\sqrt{q^5}(1+q^5)}{(1+q^5)^2} + \ldots$$

$$12)\quad \frac{4k'KK}{\pi\pi} = 1 - \frac{8q^2}{1+q^2} + \frac{16q^4}{1+q^4} - \frac{24q^6}{1+q^6} + \ldots$$

$$= 1 - \frac{8q^2}{(1+q^2)^2} + \frac{8q^4}{(1+q^4)^2} - \frac{8q^6}{(1+q^6)^2} + \ldots$$

$$13)\quad \frac{4kKK}{\pi\pi} = \frac{4\sqrt{q}}{1-q} + \frac{12\sqrt{q^3}}{1-q^3} + \frac{20\sqrt{q^5}}{1-q^5} - \ldots$$

$$= \frac{4\sqrt{q}(1+q)}{(1-q)^2} + \frac{4\sqrt{q^3}(1+q^3)}{(1-q^3)^2} + \frac{4\sqrt{q^5}(1+q^5)}{(1-q^5)^2} + \ldots$$

Formulas 4) - 13) duplici modo repraesentavimus; facile autem repraesentatio altera ex altera sequitur, ubi singuli denominatores in seriem evolvuntur. Adnotemus adhuc, secundum theoremata §. 37 proposita e duabus ex earum numero, 4^{ta} et 8^{va}, derivari posse omnes. Ponendo enim $\sqrt{q}$ loco q, cum abeat K in $(1+k)K$, subtrahendo e formula 4) prodit 5); deinde ponendo $-q$ loco q, abit K in $k'K$, unde e formulis 4), 8) prodeunt 6), 10); 5) immutata manet. Ponendo q^2 loco q abit $k'K$ in $\sqrt{k'}K$, unde e 6), 10) prodeunt 7), 12). Ex 8), 10), quia $kk + k'k' = 1$, prodit 9). Ponendo $\sqrt{q}$ loco q, abit kK in $2\sqrt{k}\,K$, unde e 9) prodit 13). Ponendo $-q$ loco q, abit kK' in $ikk'KK$, unde e 13) prodit 11). Ceterum pro ipso Modulo vel Complemento eiusmodi series non extare videntur.

Formulis propositis ad dignitates ipsius q evolutis, obtinemus:

$$14)\quad \log k = \log 4\sqrt{q} - 4q + 6q^2 - \frac{16}{3}q^3 + 3q^4 - \frac{24}{5}q^5 + 8q^6 - \frac{32}{7}q^7 + \frac{3}{2}q^8 - \frac{52}{9}q^9 + \frac{36}{5}q^{10} \ldots$$

$$15)\quad -\log k' = 8q + \frac{32}{3}q^3 + \frac{48}{5}q^5 + \frac{64}{7}q^7 + \frac{104}{9}q^9 + \frac{96}{11}q^{11} + \frac{112}{13}q^{13} + \frac{192}{15}q^{15} \ldots$$

16) $\log \frac{2K}{\pi} = \quad 4q - 4q^2 + \frac{16}{3}q^3 - 4q^4 + \frac{24}{5}q^5 - \frac{16}{3}q^6 + \frac{32}{7}q^7 - 4q^8 + \frac{52}{9}q^9 - \frac{24}{10}q^{10} + \dots$

17) $\frac{2K}{\pi} = 1 + 4q + 4q^2 + 4q^4 + 8q^5 + 4q^8 + 4q^9 + 8q^{10} + 8q^{13} + 4q^{16} + 8q^{17} + 4q^{18} + \dots$

18) $\frac{2kK}{\pi} = \quad 4\sqrt{q} + 8\sqrt{q^5} + 4\sqrt{q^9} + 8\sqrt{q^{13}} + 8\sqrt{q^{17}} + 12\sqrt{q^{25}} + 8\sqrt{q^{29}} + 8\sqrt{q^{37}} + \dots$

19) $\frac{2k'K}{\pi} = 1 - 4q + 4q^2 + 4q^4 - 8q^5 + 4q^8 - 4q^9 + 8q^{10} - 8q^{13} + 4q^{16} - 8q^{17} + 4q^{18} \dots$

20) $\frac{2\sqrt{k'}K}{\pi} = 1 - 4q^2 + 4q^4 + 4q^8 - 8q^{10} + 4q^{16} - 4q^{18} + 8q^{20} - 8q^{26} + 4q^{32} \dots$

21) $\frac{4KK}{\pi\pi} = 1 + 8q + 24q^2 + 32q^3 + 24q^4 + 48q^5 + 96q^6 + 64q^7 + 24q^8 + \dots$

22) $\frac{4kkKK}{\pi\pi} = \quad 16q + 64q^3 + 96q^5 + 128q^7 + 208q^9 + 192q^{11} + 224q^{13} + 384q^{15} + \dots$

23) $\frac{4k'k'KK}{\pi\pi} = 1 - 8q + 24q^2 - 32q^3 + 24q^4 - 48q^5 + 96q^6 - 64q^7 + 24q^8 \dots$

24) $\frac{4kk'KK}{\pi\pi} = \quad 4\sqrt{q} - 16\sqrt{q^3} + 24\sqrt{q^5} - 32\sqrt{q^7} + 52\sqrt{q^9} - 48\sqrt{q^{11}} + 56\sqrt{q^{13}} - \dots$

25) $\frac{4k'KK}{\pi\pi} = 1 - 8q^2 + 24q^4 - 32q^6 + 24q^8 - 48q^{10} + 96q^{12} - 64q^{14} + 24q^{16} - 104q^{18} + \dots$

26) $\frac{4kKK}{\pi\pi} = \quad 4\sqrt{q} + 16\sqrt{q^3} + 24\sqrt{q^5} + 32\sqrt{q^7} + 52\sqrt{q^9} + 48\sqrt{q^{11}} + 56\sqrt{q^{13}} + \dots$

Quarum serierum lex et ratio quo melius perspiciatur, denotabimus eas signo summatorio Σ termino earum generali praefixo. Statuamus, p esse *numerum imparem*, $\Phi(p)$ *summam factorum ipsius* p. Tum fit:

27) $\log k = \log 4\sqrt{q} - 4\Sigma \frac{\Phi(p)}{p}\left\{q^p - \frac{3q^{2p}}{2} - \frac{3}{4}q^{4p} - \frac{3}{8}q^{8p} - \frac{3}{16}q^{16p} - \dots\right\}$

28) $-\log k' = 8\,\Sigma \frac{\Phi(p)}{p} q^p$

29) $\log \frac{2K}{\pi} = 4\,\Sigma \frac{\Phi(p)}{p}\left\{q^p - q^{2p} - q^{4p} - q^{8p} - q^{16p} - \dots\right\}.$

Porro sit n *numerus impar, cuius factores primi omnes formam* $4a+1$ *habent*, $\psi(n)$ *numerus factorum* ipsius n; l, m numeri omnes a 0 usque ad ∞: obtinemus:

30) $\frac{2K}{\pi} = 1 + 4\,\Sigma\,\psi(n)\,q^{2^l(4m-1)^2 n}$

$$31)\quad \frac{2kK}{\pi} = 4\,\Sigma\,\psi(n)\,q^{\frac{(4m-1)^2 n}{2}}$$

$$32)\quad \frac{2k'K}{\pi} = 1 - 4\,\Sigma\,\psi(n)\,q^{(4m-1)^2 n} + 4\,\Sigma\,\psi(n)\,q^{2^{l+1}(4m-1)^2 n}$$

$$33)\quad \frac{2\sqrt{k'}\,K}{\pi} = 1 - 4\,\Sigma\,\psi(n)\,q^{2(4m-1)^2 n} + 4\,\Sigma\,\psi(n)\,q^{2^{l+2}(4m-1)^2 n}.$$

Designante p rursus numerum imparem, $\Phi(p)$ summam factorum ipsius p: fit

$$34)\quad \frac{4KK}{\pi\pi} = 1 + 8\,\Sigma\,\Phi(p)\left\{q^p + 3q^{2p} + 3q^{4p} + 3q^{8p} + 3q^{16p} + \ldots\right\}$$

$$35)\quad \frac{4kkKK}{\pi\pi} = 16\,\Sigma\,\Phi(p)\,q^p$$

$$36)\quad \frac{4k'k'KK}{\pi\pi} = 1 + 8\,\Sigma\,\Phi(p)\left\{-q^p + 3q^{2p} + 3q^{4p} + 3q^{8p} + 3q^{16p} + \ldots\right\}$$

$$37)\quad \frac{4kk'KK}{\pi\pi} = 4\,\Sigma\,(-1)^{\frac{p-1}{2}}\,\Phi(p)\sqrt{q^p}$$

$$38)\quad \frac{4k'KK}{\pi\pi} = 1 + 8\,\Sigma\,\Phi(p)\left\{-q^{2p} + 3q^{4p} + 3q^{8p} + 3q^{16p} + 3q^{32p} + \ldots\right\}$$

$$39)\quad \frac{4kKK}{\pi\pi} = 4\,\Sigma\,\Phi(p)\sqrt{q^p}.$$

Demonstremus formulam 27). Invenimus 1):

$$\log k = \log 4\sqrt{q} - \frac{4q}{1+q} + \frac{4q^2}{2(1+q^2)} - \frac{4q^3}{3(1+q^3)} + \ldots$$

quod ponamus $= \log 4\sqrt{q} + 4\,\Sigma\,A^{(x)}q^x$. Sit x numerus impar $p = m\,m'$, e quovis termino $-\frac{q^m}{m(1+q^m)}$, prodit $\frac{-q^p}{m}$, unde constat, fore $A^{(p)} = -\frac{\Phi(p)}{p}$. Iam sit x numerus par $= 2^l p = 2^l m\,m'$: e terminis

$$\frac{-q^m}{m(1+q^m)} + \frac{q^{2m}}{2m(1+q^{2m})} + \frac{q^{4m}}{4m(1+q^{4m})} + \frac{q^{8m}}{8m(1+q^{8m})} + \ldots + \frac{q^{2^l m}}{2^l m(1+q^{2^l m})}$$

provenit

$$\frac{q^x}{m}\left\{1 - \frac{1}{2} - \frac{1}{4} - \frac{1}{8} \ldots - \frac{1}{2^{l-1}} + \frac{1}{2^l}\right\} = \frac{3q^x}{2^l m},$$

unde $A^{(x)} = \frac{3\Phi(p)}{2^l p}$, id quod formulam propositam suppeditat.

Demonstremus formulam 30). Invenimus 4):

$$\frac{2K}{\pi} = 1 + \frac{4q}{1-q} - \frac{4q^3}{1-q^3} + \frac{4q^5}{1-q^5} - \ldots = 1 + 4\,\Sigma\, A^{(x)} q^x.$$

Sit $B^{(x)}$ numerus factorum ipsius x, qui formam $4m+1$ habent, $C^{(x)}$ numerus factorum, qui formam $4m+3$ habent, facile patet, fore $A^{(x)} = B^{(x)} - C^{(x)}$. Sit $x = 2^l n n'$, ita ut n sit numerus impar, cuius factores primi omnes formam $4m+1$, n' numerus impar, cuius factores primi omnes formam $4m-1$ habent, facile probatur, nisi sit n' numerus quadratus, semper fore $B^{(x)} - C^{(x)} = 0$, ubi vero n' est numerus quadratus, fore $B^{(x)} - C^{(x)} = B^{(n)} = \psi(n)$, formula 30) fluit.

Postremo probemus formulam 34). Invenimus 8):

$$\frac{4KK}{\pi\pi} = 1 + \frac{8q}{1-q} + \frac{16q^2}{1+q^2} + \frac{24q^3}{1-q^3} + \frac{32q^4}{1+q^4} + \ldots = 1 + 8\,\Sigma\, A^{(x)} q^x.$$

Designante x numerum imparem, facile patet, fore $A^{(x)} = \Phi(x)$; ubi vero x numerus par $= 2^l p$, designante p numerum imparem, quoties m factor ipsius p, e terminis

$$8\left\{\frac{mq^m}{1-q^m} + \frac{2mq^{2m}}{1+q^{2m}} + \frac{4mq^{4m}}{1+q^{4m}} + \frac{8mq^{8m}}{1+q^{8m}} + \ldots + \frac{2^l m q^{2^l m}}{1+q^{2^l m}}\right\}$$

prodit $8mq^x\{1 - 2 - 4 - 8 - \ldots - 2^{l-1} + 2^l\} = 24mq^x$, unde eo casu $A^{(x)} = 3\Phi(p)$, id quod formulam propositam suggerit. Reliquae similiter demonstrantur vel ex his deduci possunt.

Expressiones $\cos \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}$, $\Delta \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}$, $\frac{1}{\cos \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}}$ ad dignitates ipsius x evolutas, Coëfficientem ipsius x^2 nanciscimur resp. $-\frac{1}{2}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2$, $-\frac{1}{2}\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2$, $+\frac{1}{2}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2$, unde e formulis §[i] antecedentis 21), 20), 24) prodire videmus sequentes:

40) $$k\left(\frac{2K}{\pi}\right)^3 = 4\left\{\frac{\sqrt{q}}{1+q} + \frac{9\sqrt{q^3}}{1+q^3} + \frac{25\sqrt{q^5}}{1+q^5} + \frac{49\sqrt{q^7}}{1+q^7} + \ldots\right\} =$$
$$4\left\{\frac{\sqrt{q}(1+6q+q^2)}{(1-q)^3} - \frac{\sqrt{q^3}(1+6q^3+q^6)}{(1-q^3)^3} + \frac{\sqrt{q^5}(1+6q^5+q^{10})}{(1-q^5)^3} - \ldots\right\}$$

41) $$k'\left(\frac{2K}{\pi}\right)^3 = 1 + 4\left\{\frac{q}{1+q} - \frac{9q^3}{1+q^3} + \frac{25q^5}{1+q^5} - \frac{49q^7}{1+q^7} + \ldots\right\} =$$
$$1 + 4\left\{\frac{q(1-6q^2+q^4)}{(1+q^2)^3} - \frac{q^2(1-6q^4+q^8)}{(1+q^4)^3} + \frac{q^3(1-6q^6+q^{12})}{(1+q^6)^3} - \ldots\right\}$$

42) $kk\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 = 16\left\{\frac{q}{1+q^2} + \frac{4q^2}{1+q^4} + \frac{9q^3}{1+q^6} + \frac{16q^4}{1+q^8} + \dots\right\} =$

$$16\left\{\frac{q(1+q)}{(1-q)^3} - \frac{q^3(1+q^3)}{(1-q^3)^3} + \frac{q^5(1+q^5)}{(1-q^5)^3} + \dots\right\}.$$

Ex his posito $-q$ loco q obtinemus:

43) $kk'k'\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 = \quad 4\left\{\frac{\sqrt{q}}{1-q} - \frac{9\sqrt{q^3}}{1-q^3} + \frac{25\sqrt{q^5}}{1-q^5} - \frac{49\sqrt{q^7}}{1-q^7} + \dots\right\}$

44) $k'k'\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 = 1 - 4\left\{\frac{q}{1-q} - \frac{9q^3}{1-q^3} + \frac{25q^5}{1-q^5} - \frac{49q^7}{1-q^7} + \dots\right\}$

45) $k'kk\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 = \quad 16\left\{\frac{q}{1+q^2} - \frac{4q^2}{1+q^4} + \frac{9q^3}{1+q^6} - \frac{16q^4}{1+q^8} + \dots\right\}.$

Formulis 42), 44) additis, obtinemus $\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2$; 40) et 43), 41) et 45) subductis obtinemus $\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2$, $\left(\frac{2k'K}{\pi}\right)^2$, e quibus posito resp. $\sqrt{q}$, q^2 loco q prodit $\left(\frac{4\sqrt{k}K}{\pi}\right)^2$, $\left(\frac{2\sqrt{k'}K}{\pi}\right)^2$; e $\left(\frac{4\sqrt{k}K}{\pi}\right)^2$ posito $-q$ loco q obtinetur $\left(\frac{4\sqrt{kk'}K}{\pi}\right)^2$.

Sub finem, posito $k = \sin\vartheta$, evolvamus ipsum $\vartheta = \text{Arc.}\sin k$. Vidimus, posito $\sqrt{q}$ loco q abire k' in $\frac{1-k}{1+k}$; ponamus rursus $-q$ loco q, abit k in $\frac{ik}{k'}$, sive in $i.\tang\vartheta$; ita ut posito $i\sqrt{q}$ loco q, expressio $\frac{-\log k'}{2i}$ mutetur in

$$-\frac{1}{2i}\log\left(\frac{1-i\tang\vartheta}{1+i\tang\vartheta}\right) = \vartheta.$$

Hinc e formula 2)

$$-\log k' = \frac{8q}{1-q^2} + \frac{8q^3}{3(1-q^6)} + \frac{8q^5}{5(1-q^{10})} + \frac{8q^7}{7(1-q^{14})} + \dots$$

eruimus:

46) $\vartheta = \text{Arc}\sin k = \frac{4\sqrt{q}}{1+q} - \frac{4\sqrt{q^3}}{3(1+q^3)} + \frac{4\sqrt{q^5}}{5(1+q^5)} - \frac{4\sqrt{q^7}}{7(1+q^7)} + \dots,$

quae in hanc facile transformatur:

47) $\frac{\vartheta}{4} = \text{Arc}\,\text{tg}\sqrt{q} - \text{Arc}\,\text{tg}\sqrt{q^3} + \text{Arc}\,\text{tg}\sqrt{q^5} - \text{Arc}\,\text{tg}\sqrt{q^7} + \dots.$

quae inter formulas elegantissimas censeri debet.

41.

Aequationem supra exhibitam:

$$\frac{2kK}{\pi}\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi} = \frac{4\sqrt{q}\sin x}{1-q} + \frac{4\sqrt{q^3}\sin 3x}{1-q^3} + \frac{4\sqrt{q^5}\sin 5x}{1-q^5} + \dots$$

in se ipsam ducamus. Loco $2\sin mx \sin nx$ ubique substituto $\cos(m-n)x - \cos(m+n)x$, factum induit formam:

$$\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2 \sin^2\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi} = A + A'\cos 2x + A''\cos 4x + A'''\cos 6x + \dots .$$

Invenitur:

$$A = \frac{8q}{(1-q)^2} + \frac{8q^3}{(1-q^3)^2} + \frac{8q^5}{(1-q^5)^2} + \dots$$

Porro fit:

$$A^{(n)} = 16B^{(n)} - 8C^{(n)} = 8\left\{2B^{(n)} - C^{(n)}\right\},$$

siquidem ponitur:

$$B^{(n)} = \frac{q^{n+1}}{(1-q)(1-q^{2n+1})} + \frac{q^{n+3}}{(1-q^3)(1-q^{2n+3})} + \frac{q^{n+5}}{(1-q^5)(1-q^{2n+5})} + \text{cet. in inf.}$$

$$C^{(n)} = \frac{q^n}{(1-q)(1-q^{2n-1})} + \frac{q^n}{(1-q^3)(1-q^{2n-3})} + \frac{q^n}{(1-q^5)(1-q^{2n-5})} + \dots + \frac{q^n}{(1-q^{2n-1})(1-q)}.$$

Iam cum sit:

$$\frac{q^{n+m}}{(1-q^m)(1-q^{2n+m})} = \frac{q^n}{1-q^{2n}}\left\{\frac{q^m}{1-q^m} - \frac{q^{2n+m}}{1-q^{2n+m}}\right\},$$

fit $B^{(n)} =$

$$\frac{q^n}{1-q^{2n}}\left\{\frac{q}{1-q} + \frac{q^3}{1-q^3} + \frac{q^5}{1-q^5} + \dots\right\}$$
$$-\frac{q^n}{1-q^{2n}}\left\{\frac{q^{2n+1}}{1-q^{2n+1}} + \frac{q^{2n+3}}{1-q^{2n+3}} + \frac{q^{2n+5}}{1-q^{2n+5}} + \dots\right\},$$

sive sublatis, qui se destruunt, terminis:

$$B^{(n)} = \frac{q^n}{1-q^{2n}}\left\{\frac{q}{1-q} + \frac{q^3}{1-q^3} + \dots + \frac{q^{2n-1}}{1-q^{2n-1}}\right\}.$$

Porro fit:

$$\frac{q^n}{(1-q^m)(1-q^{2n-m})} = \frac{q^n}{1-q^{2n}}\left\{\frac{q^m}{1-q^m} + \frac{q^{2n-m}}{1-q^{2n-m}} + 1\right\},$$

unde

$$C^{(n)} = \frac{n q^n}{1-q^{2n}} + \frac{2q^n}{1-q^{2n}}\left\{\frac{q}{1-q} + \frac{q^2}{1-q^2} + \ldots + \frac{q^{2n-1}}{1-q^{2n-1}}\right\}.$$

Hinc tandem prodit:

$$A^{(n)} = 8\left\{2B^{(n)} - C^{(n)}\right\} = \frac{-8nq^n}{1-q^{2n}},$$

unde iam:

$$1)\quad \left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2 \sin^2 \mathrm{am}\, \frac{2Kx}{\pi} = A - 8\left\{\frac{q\cos 2x}{1-q^2} + \frac{2q^2\cos 4x}{1-q^4} + \frac{3q^3\cos 6x}{1-q^6} + \ldots\right\}.$$

Simili modo vel ex 1) invenitur:

$$2)\quad \left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2 \cos^2 \mathrm{am}\, \frac{2Kx}{\pi} = B + 8\left\{\frac{q\cos 2x}{1-q^2} + \frac{2q^2\cos 4x}{1-q^4} + \frac{3q^3\cos 6x}{1-q^6} + \ldots\right\},$$

siquidem:

$$A = 8\left\{\frac{q}{(1-q)^2} + \frac{q^3}{(1-q^3)^2} + \frac{q^5}{(1-q^5)^2} + \ldots\right\}$$

$$B = 8\left\{\frac{q}{(1+q)^2} + \frac{q^3}{(1+q^3)^2} + \frac{q^5}{(1+q^5)^2} + \ldots\right\}.$$

E noto Calculi Integralis theoremate fit, quoties

$$\Phi x = A + A'\cos 2x + A''\cos 4x + A'''\cos 6x + \ldots,$$

terminus primus seu constans:

$$A = \frac{2}{\pi}\int_0^{\frac{\pi}{2}} \Phi(x)\,.\,dx,$$

unde nanciscimur hoc loco:

$$A = \frac{2}{\pi}\cdot\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2\int_0^{\frac{\pi}{2}} \sin^2 \mathrm{am}\,\frac{2Kx}{\pi}\,.\,dx.$$

$$B = \frac{2}{\pi}\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2\int_0^{\frac{\pi}{2}} \cos^2 \mathrm{am}\,\frac{2Kx}{\pi}\,.\,dx.$$

Ponamus cum Cl. Legendre

$$E^{I} = \int_0^{\frac{\pi}{2}} d\varphi\, \Delta(\varphi) = \frac{2K}{\pi} \int_0^{\frac{\pi}{2}} dx \,.\, \Delta^2 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi},$$

erit:

$$A = \frac{2K}{\pi} \cdot \frac{2K}{\pi} - \frac{2K}{\pi} \cdot \frac{2E^{I}}{\pi}$$

$$B = \frac{2K}{\pi} \cdot \frac{2E^{I}}{\pi} - \left(\frac{2k'K}{\pi}\right)^2.$$

Hinc etiam, cum mutato q in $-q$, abeat A in $-B$, K in $k'K$, sequitur simul abire E^{I} in $\frac{E^{I}}{k'}$.

Adnotemus adhuc e formula 1) sequi:

$$3)\quad kk\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4 = 16\left\{\frac{q}{1-q^2} + \frac{2^3 q^2}{1-q^4} + \frac{3^3 q^3}{1-q^6} + \frac{4^3 q^4}{1-q^8} + \dots\right\}$$

$$= 16\left\{\frac{q(1+4q+q^2)}{(1-q)^4} + \frac{q^3(1+4q^3+q^6)}{(1-q^3)^4} + \frac{q^5(1+4q^5+q^{10})}{(1-q^5)^4} + \dots\right\},$$

unde etiam mutato q in $-q$:

$$4)\quad k^2k'^2\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4 = 16\left\{\frac{q}{1-q^2} - \frac{2^3 q^2}{1-q^4} + \frac{3^3 q^3}{1-q^6} - \frac{4^3 q^4}{1-q^8} + \dots\right\}$$

$$= 16\left\{\frac{q(1-4q+q^2)}{(1+q)^4} + \frac{q^3(1-4q^3+q^6)}{(1+q^3)^4} + \frac{q^5(1-4q^5+q^{10})}{(1-q^5)^4} + \dots\right\}.$$

Subtracta formula 4) a 3), prodit:

$$5)\quad \left(\frac{2kK}{\pi}\right)^4 = 256\left\{\frac{q^2}{1-q^4} + \frac{2^3 q^4}{1-q^8} + \frac{3^3 q^6}{1-q^{12}} + \frac{4^3 q^8}{1-q^{16}} + \dots\right\}$$

$$= 256\left\{\frac{q^2(1+4q^2+q^4)}{(1-q^2)^4} + \frac{q^6(1+4q^6+q^{12})}{(1-q^6)^4} + \frac{q^{10}(1+4q^{10}+q^{20})}{(1-q^{10})^4} + \dots\right\},$$

quem etiam e 3), mutato q in q^2, obtines.

42.

Methodo simili atque formula 1) inventa est, in expressionem

$$\frac{\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2}{\sin^2 \mathrm{am}\, \frac{2Kx}{\pi}}$$

in seriem evolvendam inquirere possemus, siquidem formula 18) §. 39 in se ipsam ducatur. Id quod tamen facilius ex ipsa 1) absolvitur consideratione sequente.

Etenim formula:

$$\frac{d \,.\, \log \sin \mathrm{am}\, \frac{2Kx}{\pi}}{dx} = \frac{2K}{\pi} \cdot \frac{\sqrt{1-(1+kk)\sin^2 \mathrm{am}\, \frac{2Kx}{\pi} + kk \sin^4 \mathrm{am}\, \frac{2Kx}{\pi}}}{\sin \mathrm{am}\, \frac{2Kx}{\pi}}$$

iterum differentiata, factis reductionibus, obtinemus:

$$1)\qquad \frac{d^2 \,.\, \log \sin \mathrm{am}\, \frac{2Kx}{\pi}}{dx^2} = \left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 \left\{ kk \sin^2 \mathrm{am}\, \frac{2Kx}{\pi} - \frac{1}{\sin^2 \mathrm{am}\, \frac{2Kx}{\pi}} \right\}.$$

Iam vero invenimus §. 39, 6):

$$\log \sin \mathrm{am}\, \frac{2Kx}{\pi} = \log\left(\frac{2\sqrt[4]{q}}{\sqrt{k}}\right) + \log \sin x + 2\left\{ \frac{q\cos 2x}{1+q} + \frac{q^2 \cos 4x}{2(1+q^2)} + \frac{q^3 \cos 6x}{3(1+q^3)} + \dots \right\},$$

unde:

$$\frac{d^2 \log \sin \mathrm{am}\, \frac{2Kx}{\pi}}{dx^2} = -\frac{1}{\sin^2 x} - 8\left\{ \frac{q\cos 2x}{1+q} + \frac{2q^2 \cos 4x}{1+q^2} + \frac{3q^3 \cos 6x}{1+q^3} + \dots \right\}.$$

Porro est §. 41, 1):

$$\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2 \sin^2 \mathrm{am}\, \frac{2Kx}{\pi} =$$

$$\frac{2K}{\pi} \cdot \frac{2K}{\pi} - \frac{2K}{\pi} \cdot \frac{2E}{\pi} - 8\left\{ \frac{q\cos 2x}{1-q^2} + \frac{2q^2 \cos 4x}{1-q^4} + \frac{3q^3 \cos 6x}{1-q^6} + \dots \right\}.$$

unde cum e formula 1) sit:

$$\frac{\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}} = \left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2 \sin^2 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi} - \frac{d^2 \log \sin \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}}{dx^2},$$

provenit, quod quaerimus:

$$2)\quad \frac{\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}} =$$

$$\frac{2K}{\pi}\cdot\frac{2K}{\pi} - \frac{2K}{\pi}\cdot\frac{2E^1}{\pi} + \frac{1}{\sin^2 x} - 8\left\{\frac{q^2\cos 2x}{1-q^2} + \frac{2q^4\cos 4x}{1-q^4} + \frac{3q^6\cos 6x}{1-q^6} + \ldots\right\}.$$

Mutatis simul q in $-q$ et x in $\frac{\pi}{2} - x$, unde K in $k'K$, E^1 in $\frac{E^1}{k'}$ §. 41, $\sin \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}$ in $\cos \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}$ abit, e 2) prodit:

$$3)\quad \frac{\left(\frac{2k'K}{\pi}\right)^2}{\cos^2 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}} =$$

$$\left(\frac{2k'K}{\pi}\right)^2 - \frac{2K}{\pi}\cdot\frac{2E^1}{\pi} + \frac{1}{\cos^2 x} + 8\left\{\frac{q^2\cos 2x}{1-q^2} - \frac{2q^4\cos 4x}{1-q^4} + \frac{3q^6\cos 6x}{1-q^6} - \ldots\right\}.$$

His adiungo, quae facile e §. 41. 1) sequuntur, hasce:

$$4)\quad \left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 \Delta^2 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi} = \frac{2K}{\pi}\cdot\frac{2E^1}{\pi} + 8\left\{\frac{q\cos 2x}{1-q^2} + \frac{2q^2\cos 4x}{1-q^4} + \frac{3q^3\cos 6x}{1-q^6} + \ldots\right\}$$

$$5)\quad \frac{\left(\frac{2k'K}{\pi}\right)^2}{\Delta^2 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}} = \frac{2K}{\pi}\cdot\frac{2E^1}{\pi} - 8\left\{\frac{q\cos 2x}{1-q^2} - \frac{2q^2\cos 4x}{1-q^4} + \frac{3q^3\cos 6x}{1-q^6} - \ldots\right\},$$

quarum 5) e 4) sequitur, mutato x in $\frac{\pi}{2} - x$ seu q in $-q$.

Posito $y = \sin \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}$, $\sqrt{(1-yy)(1-k^2yy)} = R$, fit:

$$\frac{dy}{dx} = \frac{2K}{\pi}.R$$

$$\frac{d^2y}{dx^2} = -\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 y(1+kk-2k^2y^2)$$

$$\frac{d^3y}{dx^3} = -\left(\frac{2K}{\pi}\right)^3(1+kk-6k^2y^2)R$$

$$\frac{d^4y}{dx^4} = \left(\frac{2K}{\pi}\right)^4 y\left(1+14kk+k^4-20k^2(1+k^2)y^2+24k^4y^4\right)R$$

$$\frac{d^5y}{dx^5} = \left(\frac{2K}{\pi}\right)^5\left(1+14kk+k^4-60k^2(1+k^2)y^2+120k^4y^4\right)R$$

cet. cet. ,

unde:

$$y = \sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi} = \frac{2Kx}{\pi} - \frac{(1+k^2)}{2.3}\left(\frac{2Kx}{\pi}\right)^3 + \frac{1+14k^2+k^4}{2.3.4.5}\left(\frac{2Kx}{\pi}\right)^5 - \dots$$

ideoque:

$$\frac{\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2}{\sin^2\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}} = \frac{1}{xx} + \left(\frac{1+kk}{3}\right)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 + \frac{1-kk+k^4}{15}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4 xx + \dots$$

qua formula comparata cum 2), eruitur:

$$\left(\frac{1+kk}{3}\right)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 = \frac{1}{3} + \left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 - \frac{2K}{\pi}\cdot\frac{2E^I}{\pi} - 8\left\{\frac{q^2}{1-q^2} + \frac{2q^4}{1-q^4} + \frac{3q^6}{1-q^6} + \dots\right\}.$$

sive:

$$6)\quad \frac{q^2}{1-q^2} + \frac{2q^4}{1-q^4} + \frac{3q^6}{1-q^6} + \frac{4q^8}{1-q^8} + \dots = \frac{1+\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2(2-kk) - \frac{2K}{\pi}\cdot\frac{2E^I}{\pi}}{2.3.4}.$$

Porro fit:

$$\left(\frac{1-k^2+k^4}{15}\right)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4 = \frac{1}{15} + 16\left\{\frac{q^2}{1-q^2} + \frac{2^3q^4}{1-q^4} + \frac{3^3q^6}{1-q^6} + \frac{4^3q^8}{1-q^8} + \dots\right\}.$$

sive cum sit: $15 = 2.2^3 - 1$:

$$(1-k^2+k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4 = 1 + 2.16\left\{\frac{2^3q^2}{1-q^2} + \frac{4^3q^4}{1-q^4} + \frac{6^3q^6}{1-q^6} + \frac{8^3q^8}{1-q^8} + \dots\right\}$$

$$- 16\left\{\frac{q^2}{1-q^2} + \frac{2^3q^4}{1-q^4} + \frac{3^3q^6}{1-q^6} + \frac{4^3q^8}{1-q^8} + \dots\right\}.$$

De hac formula detrahatur sequens §. 41. 3):

$$k^2\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4 = 16\left\{\frac{q}{1-q^2} + \frac{2^3q^2}{1-q^4} + \frac{3^3q^3}{1-q^6} + \frac{4^3q^4}{1-q^8} + \dots\right\}.$$

fit residuum:

$$7)\quad \left(\frac{2k'K}{\pi}\right)^4 = 1 - 16\left\{\frac{q}{1-q} - \frac{2^3q^2}{1-q^2} + \frac{3^3q^3}{1-q^3} - \frac{4^3q^4}{1-q^4} + \dots\right\},$$

unde etiam, mutato q in — q:

$$8)\quad \left(\frac{2K}{\pi}\right)^4 = 1 + 16\left\{\frac{q}{1+q} + \frac{2^3q^2}{1-q^2} + \frac{3^3q^3}{1+q^3} + \frac{4^3q^4}{1-q^4} + \dots\right\},$$

quae difficiliores indagatu erant formulae. Quas si iis iungis, quas supra invenimus, iam quatuor primas dignitates ipsorum $\frac{2K}{\pi}$, $\frac{2kK}{\pi}$ in series satis concinnas evolutas habes.

FORMULAE GENERALES PRO FUNCTIONIBUS

$$\sin^n \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}, \quad \frac{1}{\sin^n \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}}$$

IN SERIES EVOLVENDIS, SECUNDUM SINUS VEL COSINUS MULTIPLORUM IPSIUS x PROGREDIENTES.

43.

Inventis evolutionibus functionum:

$$\sin \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}, \quad \sin^2 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}, \quad \frac{1}{\sin \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}}, \quad \frac{1}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}},$$

iam quaestio se offert de evolutionibus altiorum dignitatum ipsius

$$\sin \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}, \quad \frac{1}{\sin \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}}$$

peragendis. Facilis quidem in Trigonometria Analytica via constat, qua, evolutione inventa ipsorum $\sin x$, $\cos x$, progredi possis ad evolutionem expressionum $\sin^n x$, $\cos^n x$; nimirum id succedit formularum notarum ope, quibus $\sin^n x$, $\cos^n x$ per sinus vel cosinus multiplorum ipsius x lineariter exhibentur. At in theoria Functionum Elliptica-

rum illud deficit subsidium; ad aliud confugiendum erit, quod in sequentibus exponemus.

Formula, quae ex elementis patet:

$$\frac{d \sin^n \mathrm{am}\, u}{d u} = n \sin^{n-1} \mathrm{am}\, u \sqrt{1-(1+kk)\sin^2 \mathrm{am}\, u + kk \sin^4 \mathrm{am}\, u},$$

iterum differentiata, prodit:

$$1)\quad \frac{d^2 \sin^n \mathrm{am}\, u}{d u^2} = n(n-1)\sin^{n-2} \mathrm{am}\, u - nn(1+k^2)\sin^n \mathrm{am}\, u + n(n+1)k^2 \sin^{n+2} \mathrm{am}\, u.$$

Posito successive $n = 1, 3, 5, 7 \ldots$, $n = 2, 4, 6, 8 \ldots$, hinc duplex formetur aequationum series:

I.

$$\frac{d^2 \sin \mathrm{am}\, u}{d u^2} = \qquad - (1+k^2)\sin \mathrm{am}\, u + 2k^2 \sin^3 \mathrm{am}\, u$$

$$\frac{d^2 \sin^3 \mathrm{am}\, u}{d u^2} = 6 \sin \mathrm{am}\, u - 9(1+k^2)\sin^3 \mathrm{am}\, u + 12k^2 \sin^5 \mathrm{am}\, u$$

$$\frac{d^2 \sin^5 \mathrm{am}\, u}{d u^2} = 20 \sin^3 \mathrm{am}\, u - 25(1+k^2)\sin^5 \mathrm{am}\, u + 30k^2 \sin^7 \mathrm{am}\, u$$

$$\frac{d^2 \sin^7 \mathrm{am}\, u}{d u^2} = 42 \sin^5 \mathrm{am}\, u - 49(1+k^2)\sin^7 \mathrm{am}\, u + 56k^2 \sin^9 \mathrm{am}\, u$$

cet. cet.

II.

$$\frac{d^2 \sin^2 \mathrm{am}\, u}{d u^2} = 2 \qquad - 4(1+k^2)\sin^2 \mathrm{am}\, u + 6k^2 \sin^4 \mathrm{am}\, u$$

$$\frac{d^2 \sin^4 \mathrm{am}\, u}{d u^2} = 12 \sin^2 \mathrm{am}\, u - 16(1+k^2)\sin^4 \mathrm{am}\, u + 20k^2 \sin^6 \mathrm{am}\, u$$

$$\frac{d^2 \sin^6 \mathrm{am}\, u}{d u^2} = 30 \sin^4 \mathrm{am}\, u - 36(1+k^2)\sin^6 \mathrm{am}\, u + 42k^2 \sin^8 \mathrm{am}\, u$$

$$\frac{d^2 \sin^8 \mathrm{am}\, u}{d u^2} = 56 \sin^6 \mathrm{am}\, u - 64(1+k^2)\sin^8 \mathrm{am}\, u + 72k^2 \sin^{10} \mathrm{am}\, u$$

cet. cet.

Ex aequationibus I. eruis successive, posito $\Pi n = 1 \cdot 2 \cdot 3 \ldots n$:

I. a.

$$\Pi 2 \,.\, k^2 \sin^3 \mathrm{am}\, u = \frac{d^2 . \sin \mathrm{am}\, u}{d u^2} + (1+k^2) \sin \mathrm{am}\, u$$

$$\Pi 4 \,.\, k^4 \sin^5 \mathrm{am}\, u = \frac{d^4 . \sin \mathrm{am}\, u}{d u^4} + 10(1+k^2) \frac{d^2 . \sin \mathrm{am}\, u}{d u^2} + 3(3+2k^2+3k^4) \sin \mathrm{am}\, u$$

$$\Pi 6 \,.\, k^6 \sin^7 \mathrm{am}\, u = \frac{d^6 . \sin \mathrm{am}\, u}{d u^6} + 35(1+k^2) \frac{d^4 . \sin \mathrm{am}\, u}{d u^4} + 7(37+38k^2+37k^4) \frac{d^2 . \sin \mathrm{am}\, u}{d u^2}$$
$$+ 45(5+3k^2+3k^4+5k^6) \sin \mathrm{am}\, u$$

$$\Pi 8 \,.\, k^8 \sin^9 \mathrm{am}\, u = \frac{d^8 . \sin \mathrm{am}\, u}{d u^8} + 84(1+k^2) \frac{d^6 . \sin \mathrm{am}\, u}{d u^6} + 42(47+58k^2+47k^4) \frac{d^4 . \sin \mathrm{am}\, u}{d u^4}$$
$$+ 4(3229+3315k^2+3315k^4+3229k^6) \frac{d^2 . \sin \mathrm{am}\, u}{d u^2}$$
$$+ 315(35+20k^2+18k^4+20k^6+35k^8) \sin \mathrm{am}\, u$$

cet. cet.

II. a.

$$\Pi 3 \,.\, k^2 \sin^4 \mathrm{am}\, u = \frac{d^2 . \sin^2 \mathrm{am}\, u}{d u^2} + 4(1+k^2) \sin^2 \mathrm{am}\, u - 2$$

$$\Pi 5 \,.\, k^4 \sin^6 \mathrm{am}\, u = \frac{d^4 . \sin^2 \mathrm{am}\, u}{d u^4} + 20(1+k^2) \frac{d^2 . \sin^2 \mathrm{am}\, u}{d u^2} + 8(8+7k^2+8k^4) \sin^2 \mathrm{am}\, u - 32(1+k^2)$$

$$\Pi 7 \,.\, k^6 \sin^8 \mathrm{am}\, u = \frac{d^6 . \sin^2 \mathrm{am}\, u}{d u^6} + 56(1+k^2) \frac{d^4 . \sin^2 \mathrm{am}\, u}{d u^4} + 112(7+8k^2+7k^4) \frac{d^2 . \sin^2 \mathrm{am}\, u}{d u^2}$$
$$+ 128(18+15k^2+15k^4+18k^6) \sin^2 \mathrm{am}\, u - 48(24+32k^2+24k^4)$$

cet. cet.

Ita videmus, generaliter poni posse:

2) $\Pi 2n \,.\, k^{2n} \sin^{2n+1} \mathrm{am}\, u =$

$$\frac{d^{2n} . \sin \mathrm{am}\, u}{d u^{2n}} + A_n^{(1)} \frac{d^{2n-2} . \sin \mathrm{am}\, u}{d u^{2n-2}} + A_n^{(2)} \frac{d^{2n-4} . \sin \mathrm{am}\, u}{d u^{2n-4}} + \ldots + A_n^{(n)} \sin \mathrm{am}\, u$$

3) $\Pi (2n-2) \,.\, k^{2n-2} \sin^{2n} \mathrm{am}\, u =$

$$\frac{d^{2n-2} . \sin^2 \mathrm{am}\, u}{d u^{2n-2}} + B_n^{(1)} \frac{d^{2n-4} . \sin^2 \mathrm{am}\, u}{d u^{2n-4}} + B_n^{(2)} \frac{d^{2n-6} . \sin^2 \mathrm{am}\, u}{d u^{2n-6}} + \ldots + B_n^{(n-1)} \sin^2 \mathrm{am}\, u + B_n^{(n)},$$

designantibus $A_n^{(m)}$, $B_n^{(m)}$ functiones ipsius kk integras rationales m^{ti} ordinis, excepta $B_n^{(n)}$, quae est $(n-2)^{ti}$. Porro e formula, unde profecti sumus, generali:

$$\frac{d^2 \sin^n \mathrm{am}\, u}{d u^2} = n(n-1) \sin^{n-2} \mathrm{am}\, u - nn(1+k^2) \sin^n \mathrm{am}\, u + n(n+1) k^2 \sin^{n+2} \mathrm{am}\, u$$

patet, fore:

$$4)\quad A_n^{(m)} = A_{n-1}^{(m)} + (2n-1)^2(1+k^2)A_{n-1}^{(m-1)} - (2n-2)^2(2n-1)(2n-3)k^2A_{n-2}^{(m-2)}$$

$$5)\quad B_n^{(m)} = B_{n-1}^{(m)} + (2n-2)^2(1+k^2)B_{n-1}^{(m-1)} - (2n-3)^2(2n-2)(2n-4)k^2B_{n-2}^{(m-2)},$$

quibus in formulis, quoties $m > n$, poni debet $A_n^{(m)} = 0$, $B_n^{(m)} = 0$.

Mutato u in $u + iK'$ cum $\sin am\, u$ abeat in $\frac{1}{k \sin am\, u}$, in formulis propositis loco $\sin am\, u$ poni poterit $\frac{1}{k \sin am\, u}$, unde proveniunt sequentes:

$$\frac{\Pi 2}{\sin^3 am\, u} = \frac{d^2 . \frac{1}{\sin am\, u}}{du^2} + (1+k^2)\frac{1}{\sin am\, u}$$

$$\frac{\Pi 3}{\sin^4 am\, u} = \frac{d^2 . \frac{1}{\sin^2 am\, u}}{du^2} + 4(1+k^2) . \frac{1}{\sin^2 am\, u} - 2$$

$$\frac{\Pi 4}{\sin^5 am\, u} = \frac{d^4 . \frac{1}{\sin am\, u}}{du^4} + 10(1+k^2)\frac{d^2 . \frac{1}{\sin am\, u}}{du^2} + \frac{3(3+2k^2+3k^4)}{\sin am\, u}$$

$$\frac{\Pi 5}{\sin^6 am\, u} = \frac{d^4 . \frac{1}{\sin^2 am\, u}}{du^4} + 20(1+k^2)\frac{d^2 . \frac{1}{\sin^2 am\, u}}{du^2} + \frac{8(8+7k^2+8k^4)}{\sin^2 am\, u} - 32(1+k^2)$$

cet. cet. ,

ac generaliter:

$$6)\quad \frac{\Pi 2n}{\sin^{2n+1} am\, u} =$$

$$\frac{d^{2n} . \frac{1}{\sin am\, u}}{du^{2n}} + A_n^{(1)}\frac{d^{2n-2} . \frac{1}{\sin am\, u}}{du^{2n-2}} + A_n^{(2)}\frac{d^{2n-4} . \frac{1}{\sin am\, u}}{du^{2n-4}} + \ldots + \frac{A_n^{(n)}}{\sin am\, u}$$

$$7)\quad \frac{\Pi(2n-1)}{\sin^{2n} am\, u} =$$

$$\frac{d^{2n-2} . \frac{1}{\sin^2 am\, u}}{du^{2n-2}} + B_n^{(1)}\frac{d^{2n-4} . \frac{1}{\sin^2 am\, u}}{du^{2n-4}} + B_n^{(2)}\frac{d^{2n-6} . \frac{1}{\sin^2 am\, u}}{du^{2n-6}} + \ldots + \frac{B_n^{(n-1)}}{\sin^2 am\, u} + k^2 B_n^{(n)}.$$

44.

Quum inventum sit antecedentibus, siquidem ponitur $u = \frac{2Kx}{\pi}$, expressiones

$$\sin^n \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}, \qquad \frac{1}{\sin^n \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}}$$

per hasce:

$$\sin \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}, \quad \sin^2 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}, \quad \frac{1}{\sin \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}}, \quad \frac{1}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}}$$

earumque differentialia, secundum argumentum u seu x sumta, lineariter exprimi posse, iam ex harum evolutionibus, secundum sinus vel cosinus multiplorum ipsius x progredientibus, illarum sponte demanant.

Ita nanciscimur:

I.

e formula:

$$\frac{2kK}{\pi} \cdot \sin \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi} = 4\left\{\frac{\sqrt{q}\sin x}{1-q} + \frac{\sqrt{q^3}\sin 3x}{1-q^3} + \frac{\sqrt{q^5}\sin 5x}{1-q^5} + \cdots\right\}$$

sequentes:

$$2\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^3 \sin^3 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi} =$$

$$4\left\{(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 - 1\right\}\frac{\sqrt{q}\sin x}{1-q} +$$

$$4\left\{(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 - 3^2\right\}\frac{\sqrt{q^3}\sin 3x}{1-q^3} +$$

$$4\left\{(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 - 5^2\right\}\frac{\sqrt{q^5}\sin 5x}{1-q^5} +$$

$$\cdot \quad \cdot \quad \cdot$$

$$2 \cdot 3 \cdot 4\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^5 \sin^5 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi} =$$

$$4\left\{3(3+2k^2+3k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4 - 10(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 + 1\right\}\frac{\sqrt{q}\sin x}{1-q} +$$

$$4\left\{3(3+2k^2+3k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4-3^2.10(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2+3^4\right\}\frac{\sqrt{q^3}\sin 3x}{1-q^3}+$$

$$4\left\{3(3+2k^2+3k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4-5^2.10(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2+5^4\right\}\frac{\sqrt{q^5}\sin 5x}{1-q^5}+$$

. . . .

cet. cet. ;

II.

e formula:

$$\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2\sin^2\text{am}\,\frac{2Kx}{\pi}=$$

$$\frac{2K}{\pi}.\frac{2K}{\pi}-\frac{2K}{\pi}.\frac{2E^{\text{I}}}{\pi}-4\left\{\frac{2q\cos 2x}{1-q^2}+\frac{4q^2\cos 4x}{1-q^4}+\frac{6q^3\cos 6x}{1-q^6}+\ldots\right\}$$

sequentes:

$$2.3\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^4\sin^4\text{am}\,\frac{2Kx}{\pi}=$$

$$4(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^3\left(\frac{2K}{\pi}-\frac{2E^{\text{I}}}{\pi}\right)-2k^2\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4$$

$$-4\left\{2.4(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2-2^3\right\}\frac{q\cos 2x}{1-q^2}$$

$$-4\left\{4.4(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2-4^3\right\}\frac{q^2\cos 4x}{1-q^4}$$

$$-4\left\{6.4(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2-6^3\right\}\frac{q^3\cos 6x}{1-q^6}$$

. . .

$$2.3.4.5\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^6\sin^6\text{am}\,\frac{2Kx}{\pi}=$$

$$8(8+7k^2+8k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4\left(\frac{2K}{\pi}.\frac{2K}{\pi}-\frac{2K}{\pi}.\frac{2E^{\text{I}}}{\pi}\right)-32k^2(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^6$$

$$-4\left\{2.8(8+7k^2+8k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4-2^3.20(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2+2^5\right\}\frac{q\cos 2x}{1-q^2}$$

$$-4\left\{4.8(8+7k^2+8k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4-4^3.20(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2+4^5\right\}\frac{q^2\cos 4x}{1-q^4}$$

$$-4\left\{6.8(8+7k^2+8k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4-6^3.20(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2+6^5\right\}\frac{q^3\cos 6x}{1-q^6}$$

. . . .

cet. cet. ;

III.

e formula:

$$\frac{\frac{2K}{\pi}}{\sin \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}} = \frac{1}{\sin x} + \frac{4q \sin x}{1-q} + \frac{4q^3 \sin 3x}{1-q^3} + \frac{4q^5 \sin 5x}{1-q^5} + \dots$$

sequentes:

$$\frac{2\left(\frac{2K}{\pi}\right)^3}{\sin^3 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}} =$$

$$(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 \frac{1}{\sin x} + \frac{d^2 . \frac{1}{\sin x}}{dx^2} +$$

$$4\left\{(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 - 1\right\} \frac{q \sin x}{1-q} +$$

$$4\left\{(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 - 3^2\right\} \frac{q^3 \sin 3x}{1-q^3} +$$

$$4\left\{(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 - 5^2\right\} \frac{q^5 \sin 5x}{1-q^5} +$$

. . .

$$\frac{2 . 3 . 4\left(\frac{2K}{\pi}\right)^5}{\sin^5 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}} =$$

$$\frac{3(3+2k^2+3k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4}{\sin x} + 10(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 \frac{d^2 . \frac{1}{\sin x}}{dx^2} + \frac{d^4 . \frac{1}{\sin x}}{dx^4} +$$

$$4\left\{3(3+2k^2+3k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4 - \quad 10(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 + 1\right\} \frac{q \sin x}{1-q} +$$

$$4\left\{3(3+2k^2+3k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4 - 3^2 . 10(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 + 3^4\right\} \frac{q^3 \sin 3x}{1-q^3} +$$

$$4\left\{3(3+2k^2+3k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4 - 5^2 . 10(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 + 5^4\right\} \frac{q^5 \sin 5x}{1-q^5} +$$

. . . .

cet. cet.;

Q

IV.

e formula:

$$\frac{\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2}{\sin^2 \mathrm{am}\,\frac{2Kx}{\pi}} =$$

$$\frac{2K}{\pi}\left(\frac{2K}{\pi} - \frac{2E^{\mathrm{I}}}{\pi}\right) + \frac{1}{\sin^2 x} - 4\left\{\frac{2q^2\cos 2x}{1-q^2} + \frac{4q^4\cos 4x}{1-q^4} + \frac{6q^6\cos 6x}{1-q^6} + \cdots\right\}$$

sequentes:

$$\frac{2\,.\,3\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4}{\sin^4 \mathrm{am}\,\frac{2Kx}{\pi}} =$$

$$4(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^3\left(\frac{2K}{\pi} - \frac{2E^{\mathrm{I}}}{\pi}\right) - 2k^2\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4 +$$

$$\frac{4(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2}{\sin^2 x} + \frac{d^2 . \frac{1}{\sin^2 x}}{dx^2}$$

$$- 4\left\{2\,.\,4(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 - 2^3\right\}\frac{q^2\cos 2x}{1-q^2}$$

$$- 4\left\{4\,.\,4(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 - 4^3\right\}\frac{q^4\cos 4x}{1-q^4}$$

$$- 4\left\{4\,.\,6(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 - 6^3\right\}\frac{q^6\cos 6x}{1-q^6}$$

. . .

$$\frac{2\,.\,3\,.\,4\,.\,5\left(\frac{2K}{\pi}\right)^6}{\sin^6 \mathrm{am}\,\frac{2Kx}{\pi}} =$$

$$8(8+7k^2+8k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^5\left(\frac{2K}{\pi} - \frac{2E^{\mathrm{I}}}{\pi}\right) - 32k^2(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^6$$

$$+ \frac{8(8+7k^2+8k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4}{\sin^2 x} + 20(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2\frac{d^2 . \frac{1}{\sin^2 x}}{dx^2} + \frac{d^4 . \frac{1}{\sin^2 x}}{dx^4}$$

$$- 4\left\{2\,.\,8(8+7k^2+8k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4 - 2^3 . 20(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 + 2^5\right\}\frac{q^2\cos 2x}{1-q^2}$$

$$-4\left\{4\,.\,8(8+7k^2+8k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4-4^3.20(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2+4^5\right\}\frac{q^4\cos 4x}{1-q^4}$$

$$-4\left\{6\,.\,8(8+7k^2+8k^4)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^4-6^3.20(1+k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2+6^5\right\}\frac{q^6\cos 6x}{1-q^6}$$

. . . .

cet. cet.

45.

Exempla antecedentibus proposita docent, quomodo e formulis 2), 3), 6), 7) §. 43 evolutiones functionum $\sin^n \mathrm{am}\,\frac{2Kx}{\pi}$, $\frac{1}{\sin^n \mathrm{am}\,\frac{2Kx}{\pi}}$ inveniantur. Quantitates $A_n^{(m)}$, $B_n^{(m)}$, a quibus illae pendent, ope formularum 4), 5) ibid. successive eruere licet. At expressiones earum generales indagandi quaestio, cum nimis illae complicatae evadant, quam ut eas per inductionem assequi liceat, paullo altius est repetenda. Quem in finem sequentia antemittimus.

Nota est formula elementaris:

$$\sin\mathrm{am}(u+v)-\sin\mathrm{am}(u-v)=\frac{2\sin\mathrm{am}\,v\,.\cos\mathrm{am}\,u\,\Delta\,\mathrm{am}\,u}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,u\sin^2\mathrm{am}\,v},$$

qua integrata secundum u, prodit:

$$1)\quad \int_0^u du\left\{\sin\mathrm{am}(u+v)-\sin\mathrm{am}(u-v)\right\}=\frac{1}{k}\log\left(\frac{1+k\sin\mathrm{am}\,u\sin\mathrm{am}\,v}{1-k\sin\mathrm{am}\,u\sin\mathrm{am}\,v}\right).$$

E theoremate Tayloriano fit:

$$\sin\mathrm{am}(u+v)-\sin\mathrm{am}(u-v)=$$

$$2\left\{\frac{d.\sin\mathrm{am}\,u}{du}.v+\frac{d^3.\sin\mathrm{am}\,u}{du^3}.\frac{v^3}{\Pi 3}+\frac{d^5.\sin\mathrm{am}\,u}{du^5}.\frac{v^5}{\Pi 5}+\ldots\right\},$$

unde:

$$\int_0^u du\left\{\sin\mathrm{am}(u+v)-\sin\mathrm{am}(u-v)\right\}=$$

$$2\left\{\sin\mathrm{am}\,u\,.\,v+\frac{d^2.\sin\mathrm{am}\,u}{du^2}.\frac{v^3}{\Pi 3}+\frac{d^4.\sin\mathrm{am}\,u}{du^4}.\frac{v^5}{\Pi 5}+\ldots\right\}.$$

Facile enim constat, posito $u = 0$, et $\sin \operatorname{am} u$ et generaliter $\frac{d^{2m} \sin \operatorname{am} u}{d u^{2m}}$ evanescere. Hinc aequatio 1), etiam altera eius parte evoluta, in hanc abit:

$$2) \quad \sin \operatorname{am} u \,.\, v + \frac{d^3 . \sin \operatorname{am} u}{d u^3} \cdot \frac{v^3}{\Pi 3} + \frac{d^5 . \sin \operatorname{am} u}{d u^5} \cdot \frac{v^5}{\Pi 5} + \ldots =$$

$$\sin \operatorname{am} u \sin \operatorname{am} v + \frac{k^2}{3} . \sin^3 \operatorname{am} u \sin^3 \operatorname{am} v + \frac{k^4}{5} \sin^5 \operatorname{am} u \sin^5 \operatorname{am} v + \ldots$$

Porro aequationibus notis:

$$\sin \operatorname{am} (u + v) + \sin \operatorname{am} (u - v) = \frac{2 \sin \operatorname{am} u \,.\, \cos \operatorname{am} v \,\Delta \operatorname{am} v}{1 - k^2 \sin^2 \operatorname{am} u \sin^2 \operatorname{am} v}$$

$$\sin \operatorname{am} (u + v) - \sin \operatorname{am} (u - v) = \frac{2 \sin \operatorname{am} v \,.\, \cos \operatorname{am} u \,\Delta \operatorname{am} u}{1 - k^2 \sin^2 \operatorname{am} u \sin^2 \operatorname{am} v}$$

in se ductis, obtinemus:

$$3) \quad \sin^2 \operatorname{am} (u + v) - \sin^2 \operatorname{am} (u - v) =$$

$$\frac{4 \sin \operatorname{am} u \cos \operatorname{am} u \,\Delta \operatorname{am} u \,.\, \sin \operatorname{am} v \cos \operatorname{am} v \,\Delta \operatorname{am} v}{\{1 - k^2 \sin^2 \operatorname{am} u \sin^2 \operatorname{am} v\}^2} =$$

$$\frac{d \,.\, \sin^2 \operatorname{am} u \,.\, d \,.\, \sin^2 \operatorname{am} v}{\{1 - k^2 \sin^2 \operatorname{am} u \sin^2 \operatorname{am} v\}^2 \, d u \, d v}.$$

Integratione facta secundum v, provenit:

$$\int_0^v d v \{\sin^2 \operatorname{am} (u + v) - \sin^2 \operatorname{am} (u - v)\} =$$

$$\frac{2 \sin \operatorname{am} u \cos \operatorname{am} u \,\Delta \operatorname{am} u \,.\, \sin^2 \operatorname{am} v}{1 - k^2 \sin^2 \operatorname{am} u \sin^2 \operatorname{am} v} = \frac{\sin^2 \operatorname{am} v \,.\, d \,.\, \sin^2 \operatorname{am} u}{(1 - k^2 \sin^2 \operatorname{am} u \sin^2 \operatorname{am} v) \, d u}.$$

Qua denuo integrata secundum alterum elementum u, obtinemus:

$$4) \int_0^u d u \int_0^v d v \{\sin^2 \operatorname{am} (u + v) - \sin^2 \operatorname{am} (u - v)\} =$$

$$- \frac{1}{k^2} \log (1 - k^2 \sin^2 \operatorname{am} u \sin^2 \operatorname{am} v).$$

E theoremate Tayloriana fit:

$$\sin^2 \operatorname{am} (u + v) - \sin^2 \operatorname{am} (u - v) =$$

$$2 \left\{ \frac{d . \sin^2 \operatorname{am} u}{d u} . v + \frac{d^3 . \sin^2 \operatorname{am} u}{d u^3} \cdot \frac{v^3}{\Pi 3} + \frac{d^5 . \sin^2 \operatorname{am} u}{d u^5} \cdot \frac{v^5}{\Pi 5} + \ldots \right\},$$

unde:

$$\int_0^v dv \left\{ \sin^2 \operatorname{am}(u+v) - \sin^2 \operatorname{am}(u-v) \right\} =$$

$$2\left\{ \frac{d . \sin^2 \operatorname{am} u}{du} . \frac{v^2}{\Pi 2} + \frac{d^3 . \sin^2 \operatorname{am} u}{du^3} . \frac{v^4}{\Pi 4} + \frac{d^5 . \sin^2 \operatorname{am} u}{du^5} . \frac{v^6}{\Pi 6} + \ldots \right\}$$

$$\int_0^u du \int_0^v dv \left\{ \sin^2 . \operatorname{am}(u+v) - \sin^2 \operatorname{am}(u-v) \right\} =$$

$$2\left\{ \sin^2 \operatorname{am} u . \frac{v^2}{\Pi 2} + \frac{d^2 . \sin^2 \operatorname{am} u}{du^2} . \frac{v^4}{\Pi 4} + \frac{d^4 . \sin^2 \operatorname{am} u}{du^4} . \frac{v^6}{\Pi 6} + \ldots \right\}$$

$$- 2\left\{ U^{(2)} \frac{v^4}{\Pi 4} + U^{(4)} \frac{v^6}{\Pi 6} + \ldots \right\},$$

siquidem per characterem $U^{(2m)}$ valorem expressionis $\frac{d^{2m} . \sin^2 \operatorname{am} u}{du^{2m}}$ denotamus, quem obtinet posito $u = 0$. Hinc aequatio 4), etiam altera eius parte evoluta, in hanc abit:

$$5) \quad \sin^2 \operatorname{am} u . \frac{v^2}{\Pi 2} + \frac{d^2 . \sin^2 \operatorname{am} u}{du^2} . \frac{v^4}{\Pi 4} + \frac{d^4 . \sin^2 \operatorname{am} u}{du^4} . \frac{v^6}{\Pi 6} + \ldots$$

$$- 2\left\{ U^{(2)} \frac{v^4}{\Pi 4} + U^{(4)} \frac{v^6}{\Pi 6} + \ldots \right\}$$

$$=$$

$$\frac{1}{2} . \sin^2 \operatorname{am} u \sin^2 \operatorname{am} v + \frac{k^2}{4} . \sin^4 \operatorname{am} u \sin^4 \operatorname{am} v + \frac{k^4}{6} \sin^6 \operatorname{am} u \sin^6 \operatorname{am} v + \ldots$$

His rite praeparatis, ponatur:

$$u = \sin \operatorname{am} u + R_2 \sin^3 \operatorname{am} u + R_3 \sin^5 \operatorname{am} u + R_4 \sin^7 \operatorname{am} u + \ldots,$$

ac generaliter:

$$u^n = \left\{ \sin \operatorname{am} u + R_2 \sin^3 \operatorname{am} u + R_3 \sin^5 \operatorname{am} u + R_4 \sin^7 \operatorname{am} u + \ldots \right\}^n =$$

$$\sin^n \operatorname{am} u + R_2^{(n)} \sin^{n+2} \operatorname{am} u + R_3^{(n)} \sin^{n+4} \operatorname{am} u + R_4^{(n)} \sin^{n+6} \operatorname{am} u + \ldots :$$

porro e reversione seriei:

$$u = \sin \operatorname{am} u + R_2 \sin^3 \operatorname{am} u + R_3 \sin^5 \operatorname{am} u + R_4 \sin^7 \operatorname{am} u + \ldots$$

oriatur haec:

$$\sin \operatorname{am} u = u + S_2 u^3 + S_3 u^5 + S_4 u^7 + \ldots$$

ac sit rursus:

$$\sin^n \operatorname{am} u = \left\{u + S_1 u^3 + S_2 u^5 + S_3 u^7 + \ldots\right\}^n =$$

$$u^n + S_1^{(n)} u^{n+2} + S_2^{(n)} u^{n+4} + S_3^{(n)} u^{n+6} + \ldots$$

Iam ex aequatione 2):

$$\sin \operatorname{am} u \,.\, v + \frac{d^2 . \sin \operatorname{am} u}{d u^2} . \frac{v^3}{\Pi 3} + \frac{d^4 . \sin \operatorname{am} u}{d u^4} . \frac{v^5}{\Pi 5} + \ldots =$$

$$\sin \operatorname{am} u \sin \operatorname{am} v + \frac{k^2}{3} \sin^3 \operatorname{am} u \sin^3 \operatorname{am} v + \frac{k^4}{5} . \sin^5 \operatorname{am} u \sin^5 \operatorname{am} v + \ldots,$$

evolutis v, v^3, v^5, cet. in series secundum dignitates ipsius sin am v progredientes, in utraque aequationis parte Coëfficientibus eiusdem dignitatis $\sin^{2n+1}$ am v inter se comparatis, provenit:

$$6) \quad \frac{k^{2n} \sin^{2n+1} \operatorname{am} u}{2n+1} =$$

$$R_n^{(1)} \sin \operatorname{am} u + R_{n-1}^{(3)} \frac{d^2 . \sin \operatorname{am} u}{\Pi 3 . d u^2} + R_{n-2}^{(5)} \frac{d^4 . \sin \operatorname{am} u}{\Pi 5 . d u^4} + \ldots + \frac{d^{2n} . \sin \operatorname{am} u}{\Pi (2n+1) d u^{2n}} .$$

Eodem modo e formula 5) provenit:

$$7) \quad \frac{k^{2n-2} \sin^{2n} \operatorname{am} u}{2n} =$$

$$R_{n-1}^{(2)} \frac{\sin^2 \operatorname{am} u}{\Pi 2} + R_{n-2}^{(4)} \frac{d^2 . \sin^2 \operatorname{am} u}{\Pi 4 . d u^2} + R_{n-3}^{(6)} \frac{d^4 . \sin^2 \operatorname{am} u}{\Pi 6 . d u^4} + \ldots + \frac{d^{2n-2} \sin^2 \operatorname{am} u}{\Pi 2n . d u^{2n-2}}$$

$$- \left\{\frac{1}{3.4} + \frac{S_1^{(2)}}{5.6} + \frac{S_2^{(2)}}{7.8} + \ldots + \frac{S_{n-2}^{(2)}}{(2n-1) 2n}\right\} *).$$

E 6), 7) mutato u in u + iK' sequitur:

$$8) \quad \frac{1}{(2n+1) \sin^{2n+1} \operatorname{am} u} =$$

$$\frac{R_n^{(1)}}{\sin \operatorname{am} u} + R_{n-1}^{(3)} \frac{d^2 . \frac{1}{\sin \operatorname{am} u}}{\Pi 3 . d u^2} + R_{n-2}^{(5)} \frac{d^4 . \frac{1}{\sin \operatorname{am} u}}{\Pi 5 . d u^4} + \ldots + \frac{d^{2n} . \frac{1}{\sin \operatorname{am} u}}{d u^{2n}}$$

---

*) Fit enim e notatione proposita: $\sin^2 \operatorname{am} u = u^2 + S_1^{(2)} u^4 + S_2^{(2)} u^6 + S_3^{(2)} u^8 + \ldots$, unde cum sit $U^{(m)} = \frac{d^{2m} \sin^2 \operatorname{am} u}{d u^{2m}}$ pro valore $u = 0$, $U^{(m)} = \Pi 2m . S_{m-1}^{(2)}$.

$$9)\quad \frac{1}{2n\sin^{2n}\mathrm{am}\,u} =$$

$$\frac{R^{(2)}_{n-1}}{\Pi 2\,.\,\sin^2\mathrm{am}\,u} + \frac{R^{(4)}_{n-2}\,d^2.\frac{1}{\sin^2\mathrm{am}\,u}}{\Pi 4\,.\,du^2} + \frac{R^{(6)}_{n-3}\,d^4.\frac{1}{\sin^2\mathrm{am}\,u}}{\Pi 6\,.\,du^4} + \cdots + \frac{d^{2n-2}.\frac{1}{\sin^2\mathrm{am}\,u}}{\Pi 2n\,.\,du^{2n-2}}$$

$$- k^2\left\{\frac{1}{3.4} + \frac{S^{(2)}_2}{5.6} + \frac{S^{(2)}_3}{7.8} + \cdots + \frac{S^{(2)}_{n-1}}{(2n-1)2n}\right\}.$$

Quae sunt formulae, quas quaesivimus, generales, quarum ope $\sin^n \mathrm{am}\,u$, $\frac{1}{\sin^n\mathrm{am}\,u}$ e $\sin \mathrm{am}\,u$, $\sin^2\mathrm{am}\,u$, $\frac{1}{\sin\mathrm{am}\,u}$, $\frac{1}{\sin^2\mathrm{am}\,u}$ eorumque differentialibus inveniuntur.

Adnotabo hac occasione, ubi vice versâ $\sin\mathrm{am}\,v$, $\sin^2\mathrm{am}\,v$, $\sin^3\mathrm{am}\,v$, cet. secundum dignitates ipsius x evolvis, e formulis 2), 6) erui:

$$10)\quad \frac{d^{2n}.\sin\mathrm{am}\,u}{\Pi(2n+1)\,.\,du^{2n}} =$$

$$S^{(1)}_n \sin\mathrm{am}\,u + \frac{k^2}{3}S^{(3)}_{n-1}\sin^3\mathrm{am}\,u + \frac{k^4}{5}S^{(5)}_{n-2}\sin^5\mathrm{am}\,u + \cdots + \frac{k^{2n}}{2n+1}\sin^{2n+1}\mathrm{am}\,u$$

$$11)\quad \frac{d^{2n}.\sin^2\mathrm{am}\,u}{\Pi(2n+2)\,du^{2n}} - \frac{S^{(2)}_{n-1}}{(2n+1)(2n+2)} =$$

$$\frac{1}{2}S^{(2)}_n\sin^2\mathrm{am}\,u + \frac{k^2}{4}S^{(4)}_{n-1}\sin^4\mathrm{am}\,u + \frac{k^4}{6}S^{(6)}_{n-2}\sin^6\mathrm{am}\,u + \cdots + \frac{k^{2n}}{2n+2}\sin^{2n+2}\mathrm{am}\,u.$$

Pauca adhuc de inventione ipsarum $R^{(n)}_m$, $S^{(n)}_m$ adiicienda sunt. Posito $\sin\mathrm{am}\,u = y$, fit e definitione proposita:

$$u = \int_0^y \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)(1-k^2y^2)}} = y + R_1 y^3 + R_2 y^5 + R_3 y^7 + \ldots,$$

sive:

$$\frac{1}{\sqrt{(1-y^2)(1-k^2y^2)}} = 1 + 3R_1 y^2 + 5R_2 y^4 + 7R_3 y^6 + \ldots;$$

unde:

$$3R_1 = \frac{1+k^2}{2},\quad 5R_2 = \frac{1.3}{2.4} + \frac{1}{2}.\frac{1}{2}k^2 + \frac{1.3}{2.4}k^4$$

$$7R_3 = \frac{1.3.5}{2.4.6} + \frac{1.3}{2.4}.\frac{1}{2}k^2 + \frac{1}{2}.\frac{1.3}{2.4}k^4 + \frac{1.3.5}{2.4.6}k^6$$

$$9R_4 = \frac{1.3.5.7}{2.4.6.8} + \frac{1.3.5}{2.4.6}.\frac{1}{2}k^2 + \frac{1.3}{2.4}.\frac{1.3}{2.4}k^4 + \frac{1}{2}.\frac{1.3.5}{2.4.6}k^6 + \frac{1.3.5.7}{2.4.6.8}k^8$$

cet. cet.

sive etiam:

$$3R_1 = \frac{1}{2}(1+k^2)$$

$$5.R_2 = \frac{1.3}{2.4}(1+k^2)^2 - \frac{1}{2}k^2$$

$$7R_3 = \frac{1.3.5}{2.4.6}(1+k^2)^3 - \frac{1.3}{2.2}k^2(1+k^2)$$

$$9R_4 = \frac{1.3.5.7}{2.4.6.8}(1+k^2)^4 - \frac{1.3.5}{2.4.2}k^2(1+k^2)^2 + \frac{1.3}{2.4}k^4$$

$$11R_5 = \frac{1.3.5.7.9}{2.4.6.8.10}(1+k^2)^5 - \frac{1.3.5.7}{2.4.6.2}k^2(1+k^2)^3 + \frac{1.3.5}{2.2.4}k^4(1+k^2)$$

$$13R_6 = \frac{1.3..11}{2.4..12}(1+k^2)^6 - \frac{1.3.5.7.9}{2.4.6.8.2}k^2(1+k^2)^4 + \frac{1.3.5.7}{2.4.2.4}k^4(1+k^2)^2 - \frac{1.3.5}{2.4.6}k^6$$

cet. cet.

sive etiam:

$$3R_1 = 1 - \frac{1}{2}.\ k'k'$$

$$5R_2 = 1 - \frac{1}{2}.2k'k' + \frac{1.3}{2.4}.\ k'^4$$

$$7R_3 = 1 - \frac{1}{2}.3k'k' + \frac{1.3}{2.4}.3k'^4 - \frac{1.3.5}{2.4.6}.\ k'^6$$

$$9R_4 = 1 - \frac{1}{2}.4k'k' + \frac{1.3}{2.4}.6k'^4 - \frac{1.3.5}{2.4.6}.4k'^6 + \frac{1.3.5.7}{2.4.6.8}k'^8$$

cet. cet.

sive denique:

$$3R_1 = kk + \frac{1}{2}.\ k'k'$$

$$5R_2 = k^4 + \frac{1}{2}.2k^2k'^2 + \frac{1.3}{2.4}.\ k'^4$$

$$7R_3 = k^6 + \frac{1}{2}.3k^4k'^2 + \frac{1.3}{2.4}.3k^2k'^4 + \frac{1.3.5}{2.4.6}.\ k'^6$$

$$9R_4 = k^8 + \frac{1}{2}.4k^6k'^2 + \frac{1.3}{2.4}.6k^4k'^4 + \frac{1.3.5}{2.4.6}.4k^2k'^6 + \frac{1.3.5.7}{2.4.6.7}k'^8$$

cet. cet.

Ex his quatuor quantitates R_m exprimendi modis, modus secundus repraesentationem earum satis memorabilem et concinnam suppeditat, siquidem introducitur quantitas:

$$r = \frac{1+kk}{2k}.$$

Ita e. g. fit $\frac{13\,R_6}{k^6} =$

$$\frac{1.3..11}{1.2..6}\,r^6 - \frac{1.3.5.7.9}{1.2.3.4.2}\,r^4 + \frac{1.3.5.7}{1.2.2.4}\,r^2 - \frac{1.3.5}{2.4.6},$$

qua expressione sex vicibus secundum r integratis, obtinemus:

$$13\int^6 \frac{R_6\,dr^6}{k^6} =$$

$$\frac{r^{12}}{2.4\ldots 12} - \frac{r^{10}}{2.4.6.8.10.2} + \frac{r^8}{2.4.6.8.2.4} - \frac{r^6}{2.4.6.2.4.6} + C'r^4 - C''r^2 + C''',$$

designantibus C', C'', C''' Constantes Arbitrarias. Quibus commode determinatis, prodit:

$$13\int^6 \frac{R_6\,dr^6}{k^6} = \frac{(rr-1)^6}{2^6\,.\,\Pi 6}.$$

unde vicissim:

$$13\,R_6 = \frac{k^6\,d^6\,(rr-1)^6}{2^6\,.\,\Pi 6\,.\,dr^6};$$

eodemque modo obtinetur generaliter:

$$12)\quad (2m+1)\,R_m = \frac{k^m\,d^m\,(rr-1)^m}{2^m\,\Pi m\,.\,dr^m}.$$

Conferatur Commentatiuncula (*Crelle Iournal V. II. p.* 223) inscripta:

„Ueber eine besondere Gattung algebraischer Functionen, die aus der Ent-

„wicklung der Function $(1 - 2xz + z^2)^{-\frac{1}{2}}$ entstehn."

Inventis quantitatibus R_m, per Algorithmos notos pervenitur ad eruendas quantitates $R_m^{(n)}$, $S_m^{(n)}$ eas, ut sit:

$$\{1 + R_1 z + R_2 z^2 + R_3 z^3 + \ldots\}^n = 1 + R_1^{(n)} z + R_2^{(n)} z^2 + R_3^{(n)} z^3 + \ldots$$

porro ubi ponitur:

$$y = x\left\{1 + R_1 x + R_2 x^2 + R_3 x^3 + \ldots\right\},$$

fiat:

$$x^n = y^n\left\{1 + S_1^{(n)} y + S_2^{(n)} y^2 + S_3^{(n)} y^3 + \ldots\right\};$$

quae cum definitione quantitatum $R_m^{(n)}$, $S_m^{(n)}$ supra proposita conveniunt. Fit autem, posito:

$$\varphi(x) = 1 + R_1 x + R_2 x^2 + R_3 x^3 + \ldots,$$

e theorematis a Cll. *Maclaurin* et *Lagrange* inventis:

$$R_m^{(n)} = \frac{d^m . \{\varphi x\}^n}{\Pi m . d x^m}$$

$$S_m^{(n)} = \frac{n}{m+n} \cdot \frac{d^m \{\varphi x\}^{-(m+n)}}{\Pi m . d x^m};$$

siquidem transactis differentiationibus ponitur $x = 0$.

46.

Formularum 6), 7), 8), 9), §. 45 beneficio nanciscimur evolutiones generales:

$$1) \quad \frac{\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^{2n+1} \sin^{2n+1} \mathrm{am} \frac{2Kx}{\pi}}{2n+1} =$$

$$4\left\{R_n^{(1)}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n} - \frac{R_{n-1}^{(3)}}{\Pi 3}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-2} + \frac{R_{n-2}^{(5)}}{\Pi 5}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-4} - \ldots + \frac{(-1)^n}{\Pi(2n+1)}\right\} \frac{\sqrt{q}\sin x}{1-q} +$$

$$4\left\{R_n^{(1)}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n} - \frac{3^2 . R_{n-1}^{(3)}}{\Pi 3}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-2} + \frac{3^4 R_{n-2}^{(5)}}{\Pi 5}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-4} - \ldots + \frac{(-1)^n 3^{2n}}{\Pi(2n+1)}\right\} \frac{\sqrt{q^3}\sin 3x}{1-q^3} +$$

$$4\left\{R_n^{(1)}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n} - \frac{5^2 R_{n-1}^{(3)}}{\Pi 3}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-2} + \frac{5^4 R_{n-2}^{(5)}}{\Pi 5}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-4} - \ldots + \frac{(-1)^n 5^{2n}}{\Pi(2n+1)}\right\} \frac{\sqrt{q^5}\sin 5x}{1-q^5} +$$

. . . .

$$2) \quad \frac{\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^{2n} \sin^{2n} \mathrm{am} \frac{2Kx}{\pi}}{2n} =$$

$$\frac{R_{n-1}^{(2)}}{\Pi 2}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-2}\left(\frac{2K}{\pi} - \frac{2E^{I}}{\pi}\right) - k^2\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n}\left\{\frac{1}{3.4} + \frac{S_1^{(2)}}{5.6} + \frac{S_2^{(2)}}{7.8} + \ldots + \frac{S_{n-2}^{(2)}}{(2n-1)2n}\right\}$$

$$-4\left\{\frac{2R^{(2)}_{n-1}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-2}}{\Pi 2}-\frac{2^3R^{(4)}_{n-2}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-4}}{\Pi 4}+\ldots+\frac{(-1)^n 2^{2n-1}}{\Pi 2n}\right\}\frac{q\cos 2x}{1-q^2}$$

$$-4\left\{\frac{4R^{(2)}_{n-1}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-2}}{\Pi 2}-\frac{4^3R^{(4)}_{n-2}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-4}}{\Pi 4}+\ldots+\frac{(-1)^n 4^{2n-1}}{\Pi 2n}\right\}\frac{q^2\cos 4x}{1-q^4}$$

$$-4\left\{\frac{6R^{(2)}_{n-1}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-2}}{\Pi 2}-\frac{6^3R^{(4)}_{n-2}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-4}}{\Pi 4}+\ldots+\frac{(-1)^n 6^{2n-1}}{\Pi 2n}\right\}\frac{q^3\cos 6x}{1-q^6}$$

. . . .

3) $$\frac{\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n+1}}{(2n+1)\sin^{2n+1}\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}=$$

$$\frac{R^{(1)}_n\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n}}{\sin x}+\frac{R^{(3)}_{n-1}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-2}d^2.\frac{1}{\sin x}}{\Pi 3\,.\,dx^2}+\ldots+\frac{d^{2n-2}.\frac{1}{\sin x}}{\Pi 2n\,.\,dx^{2n-2}}+$$

$$4\left\{R^{(1)}_n\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n}-\frac{R^{(3)}_{n-1}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-2}}{\Pi 3}+\ldots+\frac{(-1)^n}{\Pi(2n+1)}\right\}\frac{q\sin x}{1-q}+$$

$$4\left\{R^{(1)}_n\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n}-\frac{3^2R^{(3)}_{n-1}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-2}}{\Pi 3}+\ldots+\frac{(-1)^n 3^{2n}}{\Pi(2n+1)}\right\}\frac{q^3\sin 3x}{1-q^3}+$$

$$4\left\{R^{(1)}_n\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n}-\frac{5^2R^{(3)}_{n-1}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-2}}{\Pi 3}+\ldots+\frac{(-1)^n 5^{2n}}{\Pi(2n+1)}\right\}\frac{q^5\sin 5x}{1-q^5}+$$

. . . .

4) $$\frac{\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n}}{2n\,.\,\sin^{2n}\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}}=$$

$$\frac{1}{2}R^{(2)}_{n-1}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-1}\left(\frac{2K}{\pi}-\frac{2E^I}{\pi}\right)-k^2\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n}\left\{\frac{1}{3.4}+\frac{S^{(2)}_2}{5.6}+\frac{S^{(2)}_3}{7.8}+\ldots+\frac{S^{(2)}_{n-2}}{(2n-1)2n}\right\}+$$

$$\frac{R^{(2)}_{n-1}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-2}}{\Pi 2\,.\,\sin^2 x}+\frac{R^{(4)}_{n-2}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-4}d^2.\frac{1}{\sin^2 x}}{\Pi 4\,.\,dx^2}+\ldots+\frac{d^{2n-2}.\frac{1}{\sin^2 x}}{\Pi 2n\,.\,dx^{2n-2}}$$

$$-4\left\{\frac{2R^{(2)}_{n-1}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-2}}{\Pi 2}-\frac{2^3R^{(4)}_{n-2}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-4}}{\Pi 4}+\ldots+\frac{(-1)^{n-1}2^{2n-1}}{\Pi(2n)}\right\}\frac{q^2\cos 2x}{1-q^2}$$

$$-4\left\{\frac{4R^{(2)}_{n-1}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-2}}{\Pi 2}-\frac{4^3R^{(4)}_{n-2}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-4}}{\Pi 4}+\ldots+\frac{(-1)^{n-1}4^{2n-1}}{\Pi 2n}\right\}\frac{q^4\cos 4x}{1-q^4}$$

$$-4\left\{\frac{6R^{(2)}_{n-1}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-2}}{\Pi 2}-\frac{6^3R^{(4)}_{n-2}\left(\frac{2K}{\pi}\right)^{2n-4}}{\Pi 4}+\ldots+\frac{(-1)^{n-1}6^{2n-1}}{\Pi 2n}\right\}\frac{q^6\cos 6x}{1-q^6}$$

. . . . .

E formulis 6), 7), 8), 9) §. 45 aliae deduci possunt, quae respectu functionum $\cos am\, u$, $\tang am\, u$, $\Delta am\, u$ easdem partes agunt, quam illae respectu functionis $\sin am\, u$. Etenim e formula:

$$\sin am\left(k'u,\ \frac{ik}{k'}\right) = \cos coam\, u,$$

unde etiam:

$$\sin am\left(k'(K-u),\ \frac{ik}{k'}\right) = \cos am\, u,$$

videmus, in formulis propositis, ubi ponitur $\frac{ik}{k'}$ loco k et $k'(K-u)$ loco u, abire $\sin am\, u$ in $\cos am\, u$, unde inveniuntur similes formulae, quae ipsi $\cos am\, u$ respondent. Porro ex aequatione:

$$\sin am\, iu = i \tang am\, (u,\ k')$$

patet, simul mutari posse u in iu, k in k', $\sin am\, u$ in $\tang am\, u$; unde formulas *pro* $\tang am\, u$ eruimus. Ex his deinde, quia

$$\cotang am\, (u+iK') = i\,\Delta\, am\, (u),$$

formulas pro $\Delta\, am\, u$ eruere licet, quae formulis 6) - 9) §. 45 respondent. Quibus inventis, methodo plane simili ex evolutionibus functionum:

$$\cos am\frac{2Kx}{\pi},\quad \cos^2 am\frac{2Kx}{\pi},\quad \Delta\, am\frac{2Kx}{\pi},\quad \Delta^2 am\frac{2Kx}{\pi}$$

$$\frac{1}{\cos am\frac{2Kx}{\pi}},\quad \frac{1}{\cos^2 am\frac{2Kx}{\pi}},\quad \frac{1}{\Delta\, am\frac{2Kx}{\pi}},\quad \frac{1}{\Delta^2 am\frac{2Kx}{\pi}},$$

a nobis propositis, evolutiones generales deducis functionum:

$$\cos^n am\frac{2Kx}{\pi},\quad \Delta^n am\frac{2Kx}{\pi}.$$

Quae sufficiat addigitasse.

Transformationes insignes serierum, in quas Functiones Ellipticas evolvimus, nanciscimur, posito i x loco x et adhibitis formulis, quas de reductione argumenti imaginarii ad argumentum reale in primis fundamentis dedimus. Quae vero cum in promtu sint, hoc loco diutius his nolumus immorari.

INTEGRALIUM ELLIPTICORUM SECUNDA SPECIES IN SERIES EVOLVITUR.

47.

Integrata formula supra exhibita §. 41. 1):

$$\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2 \sin^2 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi} = \frac{2K}{\pi}\cdot\frac{2K}{\pi} - \frac{2K}{\pi}\cdot\frac{2E^{I}}{\pi} - 4\left\{\frac{2q\cos 2x}{1-q^2} + \frac{4q^2\cos 4x}{1-q^4} + \frac{6q^3\cos 6x}{1-q^6} + \dots\right\},$$

inde a $x = 0$ usque ad $x = x$, provenit:

$$\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2 \int_0^x \sin^2 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}\,.\,dx =$$

$$\left\{\frac{2K}{\pi}\cdot\frac{2K}{\pi} - \frac{2K}{\pi}\cdot\frac{2E^{I}}{\pi}\right\}x - 4\left\{\frac{q\sin 2x}{1-q^2} + \frac{q^2\sin 4x}{1-q^4} + \frac{q^3\sin 6x}{1-q^6} + \frac{q^4\sin 8x}{1-q^8} + \dots\right\}.$$

Designemus in sequentibus per characterem: $\frac{2K}{\pi}\,.\,Z\left(\frac{2Kx}{\pi}\right)$ expressionem:

$$1)\quad \frac{2K}{\pi}\,.\,Z\left(\frac{2Kx}{\pi}\right) = \frac{2Kx}{\pi}\left(\frac{2K}{\pi} - \frac{2E^{I}}{\pi}\right) - \left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2 \int_0^x \sin^2 \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}\,.\,dx =$$

$$4\left\{\frac{q\sin 2x}{1-q^2} + \frac{q^2\sin 4x}{1-q^4} + \frac{q^3\sin 6x}{1-q^6} + \frac{q^4\sin 8x}{1-q^8} + \dots\right\}.$$

E Cl^i Legendre notatione erit, posito $\frac{2Kx}{\pi} = u$, $\phi = \operatorname{am} u$:

$$2)\quad Z(u) = \frac{F^{I}E(\phi) - E^{I}F(\phi)}{K}.$$

Functionem $Z(u)$ loco ipsius $E(\phi)$ in Analysin Functionum Ellipticarum introducere convenit; quam ceterum ope formulae 2) ad terminos Cl° Legendre usitatos revocare in promtu est. Adumbremus paucis, quomodo ex ipsa evolutione functio-

nis Z, quam formula 1) suppeditat, complures eius proprietates, etsi notas, derivare liceat.

Mutetur in 1) x in $x + \frac{\pi}{2}$, prodit:

$$\frac{2K}{\pi} Z\left(\frac{2Kx}{\pi} + K\right) = -4\left\{\frac{q \sin 2x}{1-q^2} - \frac{q^2 \sin 4x}{1-q^4} + \frac{q^3 \sin 6x}{1-q^6} + \ldots\right\},$$

unde:

$$\frac{2K}{\pi} Z\left(\frac{2Kx}{\pi}\right) - \frac{2K}{\pi} Z\left(\frac{2Kx}{\pi} + K\right) = 8\left\{\frac{q \sin 2x}{1-q^2} + \frac{q^3 \sin 6x}{1-q^6} + \frac{q^5 \sin 10x}{1-q^{10}} + \ldots\right\}.$$

Porro mutetur in 1) x in 2x, q in q^2, simulque k in $k^{(2)}$, K in $K^{(2)}$, prodit:

$$\frac{2K^{(2)}}{\pi} Z\left(\frac{4K^{(2)}x}{\pi}, k^{(2)}\right) = 4\left\{\frac{q^2 \sin 4x}{1-q^4} + \frac{q^4 \sin 8x}{1-q^8} + \frac{q^6 \sin 12x}{1-q^{12}} + \ldots\right\},$$

unde:

$$\frac{2K}{\pi} Z\left(\frac{2Kx}{\pi}\right) - \frac{2K^{(2)}}{\pi} Z\left(\frac{4K^{(2)}x}{\pi}, k^{(2)}\right) = 4\left\{\frac{q \sin 2x}{1-q^2} + \frac{q^3 \sin 6x}{1-q^6} + \frac{q^5 \sin 10x}{1-q^{10}} + \ldots\right\}.$$

At supra invenimus:

$$\frac{2kK}{\pi} \sin am \frac{2Kx}{\pi} = 4\left\{\frac{\sqrt{q} \sin x}{1-q} + \frac{\sqrt{q^3} \sin 3x}{1-q^3} + \frac{\sqrt{q^5} \sin 5x}{1-q^5} + \ldots\right\}$$

unde mutato q in q^2, x in 2x:

$$\frac{2k^{(2)}K^{(2)}}{\pi} \sin am\left(\frac{4K^{(2)}x}{\pi}, k^{(2)}\right) = 4\left\{\frac{q \sin 2x}{1-q^2} + \frac{q^3 \sin 6x}{1-q^6} + \frac{q^5 \sin 10x}{1-q^{10}} + \ldots\right\}.$$

Hinc sequitur:

$$3)\quad \frac{2K}{\pi}\left\{Z\left(\frac{2Kx}{\pi}\right) - Z\left(\frac{2Kx}{\pi} + K\right)\right\} = \frac{4k^{(2)}K^{(2)}}{\pi} \sin am\left(\frac{4K^{(2)}x}{\pi}, k^{(2)}\right)$$

$$4)\quad \frac{2K}{\pi} Z\left(\frac{2Kx}{\pi}\right) - \frac{2K^{(2)}}{\pi} Z\left(\frac{4K^{(2)}x}{\pi}, k^{(2)}\right) = \frac{2k^{(2)}K^{(2)}}{\pi} \sin am\left(\frac{4K^{(2)}x}{\pi}, k^{(2)}\right)$$

$$5)\quad \frac{2K}{\pi} Z\left(\frac{2Kx}{\pi}\right) + \frac{2K}{\pi} Z\left(\frac{2Kx}{\pi} + K\right) - \frac{4K^{(2)}}{\pi} Z\left(\frac{4K^{(2)}x}{\pi}, k^{(2)}\right) = 0.$$

In quibus formulis, quarum 4), 5) transformationem functionis Z secundi ordinis suppeditant, est:

$$k^{(2)} = \frac{1-k'}{1+k'},\quad K^{(2)} = \frac{1+k'}{2}.K,\quad \sin am\left(\frac{4K^{(2)}x}{\pi}, k^{(2)}\right) = (1+k') \sin am \frac{2Kx}{\pi} . \sin coam \frac{2Kx}{\pi}.$$

uti de transformatione secundi ordinis, a Cl. Legendre proposita, constat. Unde formulam 3) ita quoque repraesentare licet, posito $u = \frac{2Kx}{\pi}$:

$$6)\quad Z(u) - Z(u+K) = k^2 \sin am\, u \,.\, \sin coam\, u\,.$$

Ponamus brevitatis causa: $am\left(\frac{2mK^{(m)}x}{\pi},\ k^{(m)}\right) = \Phi^{(m)}$, e formula 4), posito successive $k^{(2)}$, $k^{(4)}$, $k^{(8)}$, .. loco k; $2x$, $4x$, $8x$, .. loco x, prodit:

$$7)\quad K\,.\,Z(u) = F^{I}E(\Phi) - E^{I}F(\Phi) = k^{(2)}K^{(2)}\sin\Phi^{(2)} + k^{(4)}K^{(4)}\sin\Phi^{(4)} + k^{(8)}K^{(8)}\sin\Phi^{(8)} + \dots$$

quam dedit Cl. Legendre formulam.

Simili modo, e formula $\S^{i}$ 41:

$$\frac{2K}{\pi}\,\frac{2K}{\pi} - \frac{2K}{\pi}\,\frac{2E^{I}}{\pi} = 8\left\{\frac{q}{(1-q)^2} + \frac{q^3}{(1-q^3)^2} + \frac{q^5}{(1-q^5)^2} + \frac{q^7}{(1-q^7)^2} + \dots\right\},$$

quam etiam hunc in modum evolvere licet:

$$\frac{2K}{\pi}\,\frac{2K}{\pi} - \frac{2K}{\pi}\,\frac{2E^{I}}{\pi} = 8\left\{\frac{q}{1-q^2} + \frac{2q^2}{1-q^4} + \frac{3q^3}{1-q^6} + \frac{4q^4}{1-q^8} + \dots\right\},$$

comparata cum hac, quam supra invenimus:

$$\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2 = 16\left\{\frac{q}{1-q^2} + \frac{3q^3}{1-q^6} + \frac{5q^5}{1-q^{10}} + \frac{7q^7}{1-q^{14}} + \dots\right\},$$

prodit:

$$8)\quad 2K(K - E^{I}) = (kK)^2 + 2(k^{(2)}K^{(2)})^2 + 4(k^{(4)}K^{(4)})^2 + 8(k^{(8)}K^{(8)})^2 + \dots,$$

quae cum ea convenit, quam Cl. *Gauss* dedit in Comment. *Determinatio Attractionis* cet. §. 17.

48.

Eadem methodo, qua §. 41 eruimus evolutionem expressionis $\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2 \sin^2 am\, \frac{2Kx}{\pi}$, inquiramus in expressionem $\left\{\frac{2K}{\pi} Z\left(\frac{2Kx}{\pi}\right)\right\}^2$ in seriem evolvendam. Ponamus

$$\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 Z\left(\frac{2Kx}{\pi}\right) Z\left(\frac{2Kx}{\pi}\right) = 16\left\{\frac{q\sin 2x}{1-q^2} + \frac{q^2\sin 4x}{1-q^4} + \frac{q^3\sin 6x}{1-q^6} + \dots\right\}^2$$

$$= 8\left\{A + A'\cos 2x + A''\cos 4x + A'''\cos 6x + \dots\right\}.$$

quam expressionem propositam induere videmus formam, dum loco $2 \sin 2mx \sin 2m'x$ ubique ponitur $\cos(m-m')x - \cos(m+m')x$. Fit primum:

$$A = \frac{q^2}{(1-q^2)^2} + \frac{q^4}{(1-q^4)^2} + \frac{q^6}{(1-q^6)^2} + \frac{q^8}{(1-q^8)^2} + \dots$$

Deinde generaliter obtinemus $A^{(n)} = 2B^{(n)} - C^{(n)}$, siquidem ponitur:

$$B^{(n)} = \frac{q^{n+2}}{(1-q^2)(1-q^{2n+2})} + \frac{q^{n+4}}{(1-q^4)(1-q^{2n+4})} + \frac{q^{n+6}}{(1-q^6)(1-q^{2n+6})} + \dots$$

$$C^{(n)} = \frac{q^n}{(1-q^2)(1-q^{2n-2})} + \frac{q^n}{(1-q^4)(1-q^{2n-4})} + \dots + \frac{q^n}{(1-q^{2n-2})(1-q^2)}.$$

In singulis harum expressionum terminis substituatur resp.:

$$\frac{q^{n+m}}{(1-q^m)(1-q^{2n+m})} = \frac{q^n}{1-q^{2n}}\left\{\frac{q^m}{1-q^m} - \frac{q^{2n+m}}{1-q^{2n+m}}\right\}$$

$$\frac{q^n}{(1-q^m)(1-q^{2n-m})} = \frac{q^n}{1-q^{2n}}\left\{\frac{q^m}{1-q^m} + \frac{q^{2n-m}}{1-q^{2n-m}} + 1\right\},$$

prodit:

$$B^{(n)} = \frac{q^n}{1-q^{2n}}\left\{\frac{q^2}{1-q^2} + \frac{q^4}{1-q^4} + \frac{q^6}{1-q^6} + \dots\right\}$$

$$- \frac{q^n}{1-q^{2n}}\left\{\frac{q^{2n+2}}{1-q^{2n+2}} + \frac{q^{2n+4}}{1-q^{2n+4}} + \frac{q^{2n+6}}{1-q^{2n+6}} + \dots\right\}$$

$$= \frac{q^n}{1-q^{2n}}\left\{\frac{q^2}{1-q^2} + \frac{q^4}{1-q^4} + \frac{q^6}{1-q^6} + \dots + \frac{q^{2n}}{1-q^{2n}}\right\}$$

$$C^{(n)} = \frac{(n-1)q^n}{1-q^{2n}} + \frac{2q^n}{1-q^{2n}}\left\{\frac{q^2}{1-q^2} + \frac{q^4}{1-q^4} + \frac{q^6}{1-q^6} + \dots + \frac{q^{2n-2}}{1-q^{2n-2}}\right\};$$

unde:

$$A^{(n)} = 2B^{(n)} - C^{(n)} = -\frac{(n-1)q^n}{1-q^{2n}} + \frac{2q^{2n}}{(1-q^{2n})^2} = -\frac{nq^n}{1-q^{2n}} + \frac{q^n(1+q^{2n})}{(1-q^{2n})^2}.$$

His collectis, invenitur evolutio quaesita:

$$1)\quad \left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 Z\left(\frac{2Kx}{\pi}\right) Z\left(\frac{2Kx}{\pi}\right) = 8A - 8\left\{\frac{q\cos 2x}{1-q^2} + \frac{2q^2\cos 4x}{1-q^4} + \frac{3q^3\cos 6x}{1-q^6} + \dots\right\}$$

$$+ 8\left\{\frac{q(1+q^2)\cos 2x}{(1-q^2)^2} + \frac{q^2(1+q^4)\cos 4x}{(1-q^4)^2} + \frac{q^3(1+q^6)\cos 6x}{(1-q^6)^2} + \dots\right\}.$$

Ipsum $A = \frac{q^2}{(1-q^2)^2} + \frac{q^4}{(1-q^4)^2} + \frac{q^6}{(1-q^6)^2} + \dots$ cum etiam hunc in modum evolvere liceat:

$$A = \frac{q^2}{1-q^2} + \frac{2q^4}{1-q^4} + \frac{3q^6}{1-q^6} + \frac{4q^8}{1-q^8} + \dots$$

invenimus e §. 42. 6):

$$2)\quad 8A = \frac{(2-k^2)\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 - 3\left(\frac{2K}{\pi}\right)\left(\frac{2E}{\pi}\right) + 1}{3}.$$

Porro autem constat esse:

$$8A = \frac{2}{\pi}\cdot\left(\frac{2K}{\pi}\right)^2 \int_0^{\frac{\pi}{2}} Z\left(\frac{2Kx}{\pi}\right) Z\left(\frac{2Kx}{\pi}\right).dx;$$

integrata enim aequatione 1) a $x = 0$ usque ad $x = \frac{\pi}{2}$, termini omnes, praeter primum, evanescunt; unde si Cl[i] Legendre notationibus uti placet:

$$3)\quad \int_0^{\frac{\pi}{2}} \frac{\{F^1 E(\varphi) - E^1 F(\varphi)\}^2}{\Delta(\varphi)}.d\varphi = \frac{(2-k^2)F^1F^1F^1 - 3F^1F^1E^1 + \frac{\pi\pi F^1}{4}}{3}.$$

quae est Integralis definiti satis abstrusi determinatio.

INTEGRALIA ELLIPTICA TERTIAE SPECIEI INDEFINITA AD CASUM REVOCANTUR DEFINITUM, IN QUO AMPLITUDO PARAMETRUM AEQUAT.

49.

Antequam ad tertiam speciem Integralium Ellipticorum in seriem evolvendam accedamus, paucis, quae Theoriae illorum adiicere contigit, seorsim exponemus, idque fere ipsis signis Claro eius autori usitatis. Mox idem novis adhibitis denominationibus proponetur.

Proficiscimur a theorematibus quibusdam notis de specie secunda Integralium Ellipticorum. Fit:

$$\sin am(u+a) + \sin am(u-a) = \frac{2\sin am\, u.\cos am\, a.\Delta am\, a}{1 - k^2\sin^2 am\, a.\sin^2 am\, u}$$

$$\sin am(u+a) - \sin am(u-a) = \frac{2\sin am\, a.\cos am\, u.\Delta am\, u}{1 - k^2\sin^2 am\, a.\sin^2 am\, u},$$

unde:

$$\sin^2 \mathrm{am}(u+a) - \sin^2 \mathrm{am}(u-a) = \frac{4 \sin \mathrm{am}\, a \,.\, \cos \mathrm{am}\, a \,.\, \Delta \mathrm{am}\, a \,.\, \sin \mathrm{am}\, u \,.\, \cos \mathrm{am}\, u \,.\, \Delta \mathrm{am}\, u}{\left\{1 - k^2 \sin^2 \mathrm{am}\, a \,.\, \sin^2 \mathrm{am}\, u\right\}^2},$$

qua integrata formula secundum u, prodit:

$$1)\quad \int_0^u du \,.\, \left\{\sin^2 \mathrm{am}(u+a) - \sin^2 \mathrm{am}(u-a)\right\} = \frac{2 \sin \mathrm{am}\, a \,.\, \cos \mathrm{am}\, a \,.\, \Delta \mathrm{am}\, a \,.\, \sin^2 \mathrm{am}\, u}{1 - k^2 \sin^2 \mathrm{am}\, a \,.\, \sin^2 \mathrm{am}\, u},$$

uti iam supra invenimus.

Ponatur: $\mathrm{am}\, u = \varphi$, $\mathrm{am}\, a = \alpha$, $\mathrm{am}(u+a) = \sigma$, $\mathrm{am}(u-a) = \vartheta$, erit e notatione Cl[i] Legendre:

$$k^2 \int_0^u du \,.\, \sin^2 \mathrm{am}\, u = F(\varphi) - E(\varphi),$$

unde etiam, cum sit $F(\sigma) - F(\alpha) = F(\varphi)$, $F(\vartheta) + F(\alpha) = F(\varphi)$:

$$k^2 \int_0^u du \,.\, \sin^2 \mathrm{am}(u+a) = F(\varphi) - E(\sigma) + E(\alpha)$$

$$k^2 \int_0^u du \,.\, \sin^2 \mathrm{am}(u-a) = F(\varphi) - E(\vartheta) - E(\alpha).$$

Hinc aequatio 1) in hanc abit:

$$2)\quad 2E(\alpha) - \left\{E(\sigma) - E(\vartheta)\right\} = \frac{2k^2 \sin\alpha \cos\alpha \Delta\alpha \,.\, \sin^2\varphi}{1 - k^2 \sin^2\alpha \,.\, \sin^2\varphi}.$$

Commutatis inter se u et a, abit α in φ, ϑ in $-\vartheta$, σ immutatum manet, unde ex 1) prodit:

$$2E(\varphi) - \left\{E(\sigma) + E(\vartheta)\right\} = \frac{2k^2 \sin\varphi \cos\varphi \Delta\varphi \,.\, \sin^2\alpha}{1 - k^2 \sin^2\alpha \,.\, \sin^2\varphi},$$

qua addita aequationi 1), provenit:

$$3)\quad E(\varphi) + E(\alpha) - E(\sigma) = k^2 \sin\alpha \,.\, \sin\varphi \,.\, \sin\sigma,$$

quod est theorema de Additione functionis E, a Cl. Legendre prolatum, l. c. Cap. IX. pag. 43. c'.

Integralia formae:

$$\int_0^{\varphi} \frac{\sin^2\varphi \,.\, d\varphi}{\{1 - k^2 \sin^2\alpha \,.\, \sin^2\varphi\}\Delta(\varphi)}$$

secundum eam, quam Cl. Legendre instituit, Integralium Ellipticorum distributionem in species, speciem *tertiam* constituunt. Quantitatem $-k^2 \sin^2\alpha$, quam per n designat, Parametrum vocat; nos in sequentibus ipsum angulum α *Parametrum* dicemus. Quorum Integralium, multiplicata aequatione 2) per

$$\frac{d\varphi}{\Delta(\varphi)} = \frac{d\sigma}{\Delta(\sigma)} = \frac{d\vartheta}{\Delta(\vartheta)},$$

ac integratione instituta a $\varphi = 0$ usque ad $\varphi = \varphi$, quo facto ipsius σ limites erunt: $\sigma = \alpha$, $\sigma = \sigma$, ipsius ϑ limites: $\vartheta = -\alpha$, $\vartheta = \vartheta$, expressionem eruimus sequentem:

$$\int_0^{\varphi} \frac{2k^2 \sin\alpha \cos\alpha \Delta\alpha \,.\, \sin^2\varphi \,.\, d\varphi}{\{1 - k^2 \sin^2\alpha \,.\, \sin^2\varphi\}\Delta(\varphi)} = 2F(\varphi)E(\alpha) - \int_{\alpha}^{\sigma} \frac{E(\sigma) \,.\, d\sigma}{\Delta(\sigma)} + \int_{-\alpha}^{\vartheta} \frac{E(\vartheta) \,.\, d\vartheta}{\Delta(\vartheta)}.$$

Facile constat, cum sit $E(-\varphi) = -E(\varphi)$, esse:

$$\int_0^{\varphi} \frac{E(\varphi) \,.\, d\varphi}{\Delta(\varphi)} = \int_0^{-\varphi} \frac{E(\varphi) \,.\, d\varphi}{\Delta(\varphi)}, \quad \text{sive} \int_{-\varphi}^{+\varphi} \frac{E(\varphi) \,.\, d\varphi}{\Delta(\varphi)} = 0,$$

unde cum sit:

$$\int_{\alpha}^{\sigma} \frac{E(\sigma) \,.\, d\sigma}{\Delta(\sigma)} = \int_0^{\sigma} \frac{E(\varphi) \,.\, d\varphi}{\Delta(\varphi)} - \int_0^{\alpha} \frac{E(\varphi) \,.\, d\varphi}{\Delta(\varphi)}$$

$$\int_{-\alpha}^{\vartheta} \frac{E(\vartheta) \,.\, d\vartheta}{\Delta(\vartheta)} = \int_0^{\vartheta} \frac{E(\varphi) \,.\, d\varphi}{\Delta(\varphi)} - \int_0^{-\alpha} \frac{E(\varphi) \,.\, d\varphi}{\Delta(\varphi)} = \int_0^{\vartheta} \frac{E(\varphi) \,.\, d\varphi}{\Delta(\varphi)} - \int_0^{\alpha} \frac{E(\varphi) \,.\, d\varphi}{\Delta(\varphi)},$$

nacti sumus novum ac memorabile

THEOREMA I.

Determinentur anguli ϑ, σ ita, ut sit:

$$F(\varphi) + F(\alpha) = F(\sigma); \quad F(\varphi) - F(\alpha) = F(\vartheta),$$

erit:

$$\int_0^{\varphi} \frac{k^2 \sin\alpha \cos\alpha \Delta\alpha \,.\, \sin^2\varphi \,.\, d\varphi}{\{1 - k^2 \sin^2\alpha \,.\, \sin^2\varphi\} \Delta(\varphi)} =$$

$$F(\varphi) E(\alpha) - \frac{1}{2} \int_{\vartheta}^{\sigma} \frac{E(\varphi) \,.\, d\varphi}{\Delta(\varphi)} = F(\varphi) E(\alpha) - \frac{1}{2} \int_0^{\sigma} \frac{E(\varphi) \,.\, d\varphi}{\Delta(\varphi)} + \frac{1}{2} \int_0^{\vartheta} \frac{E(\varphi) \,.\, d\varphi}{\Delta(\varphi)} \,.$$

ita ut tertia species Integralium Ellipticorum, quae ab elementis tribus pendet, Modulo k, Amplitudine φ, Parametro α, revocata sit ad speciem primam et secundam, et Transcendentem novam

$$\int_0^{\varphi} \frac{E(\varphi) \,.\, d\varphi}{\Delta(\varphi)},$$

quae tantum a duobus elementis pendent omnes.

50.

Ponamus $F(\alpha_2) = 2F(\alpha)$, quoties $\varphi = \alpha$, fit $\sigma = \alpha_2$, $\vartheta = 0$, quo igitur casu e theoremate proposito nanciscimur:

$$1) \int_0^{\alpha} \frac{k^2 \sin\alpha \cos\alpha \Delta\alpha \,.\, \sin^2\varphi \,.\, d\varphi}{\{1 - k^2 \sin^2\alpha \,.\, \sin^2\varphi\} \Delta(\varphi)} = F(\alpha) E(\alpha) - \frac{1}{2} \int_0^{\alpha_2} \frac{E(\varphi) \,.\, d\varphi}{\Delta(\varphi)} \,.$$

Quae docet formula, in locum Transcendentis novae substitui posse et hanc:

$$\int_0^{\alpha} \frac{\sin^2\varphi \,.\, d\varphi}{\{1 - k^2 \sin^2\alpha \,.\, \sin^2\varphi\} \Delta(\varphi)} \,,$$

quod est Integrale tertiae speciei *definitum*, in quo Amplitudo Parametrum aequat, quod igitur et ipsum tantum a duobus elementis pendet, a Modulo k et quantitate illa, quae simul et Parameter est et Amplitudo.

Ponamus $2F(\mu) = F(\varphi) + F(\alpha) = F(\sigma)$, $2F(\partial) = F(\varphi) - F(\alpha) = F(\vartheta)$, erit ex 1):

$$\frac{1}{2} \int_0^{\sigma} \frac{E(\varphi) \,.\, d\varphi}{\Delta(\varphi)} = F(\mu) E(\mu) - \int_0^{\mu} \frac{k^2 \sin\mu \cos\mu \Delta\mu \,.\, \sin^2\varphi \,.\, d\varphi}{\{1 - k^2 \sin^2\mu \,.\, \sin^2\varphi\} \Delta(\varphi)}$$

$$\frac{1}{2}\int_0^{\vartheta}\frac{E(\varphi)\,.\,d\varphi}{\Delta(\varphi)} = F(\vartheta)E(\vartheta) - \int_0^{\vartheta}\frac{k^2\sin\vartheta\cos\vartheta\Delta\vartheta\,.\,\sin^2\varphi\,.\,d\varphi}{\{1-k^2\sin^2\vartheta\,.\,\sin^2\varphi\}\Delta(\varphi)},$$

quibus in theoremate, §° antecedente proposito, substitutis formulis, obtinemus sequens

THEOREMA II.

Determinentur anguli μ, ϑ ita, ut sit:

$$F(\mu) = \frac{F(\varphi)+F(\alpha)}{2}, \quad F(\vartheta) = \frac{F(\varphi)-F(\alpha)}{2},$$

erit:

$$k^2\sin\alpha\cos\alpha\Delta\alpha\,.\int_0^{\varphi}\frac{\sin^2\varphi\,.\,d\varphi}{\{1-k^2\sin^2\alpha\,.\,\sin^2\varphi\}\Delta(\varphi)} =$$

$$F(\varphi)E(\alpha) - F(\mu)E(\mu) + F(\vartheta)E(\vartheta) +$$

$$k^2\sin\mu\cos\mu\Delta\mu\,.\int_0^{\mu}\frac{\sin^2\varphi\,.\,d\varphi}{\{1-k^2\sin^2\mu\,.\,\sin^2\varphi\}\Delta(\varphi)}$$

$$-\,k^2\sin\vartheta\cos\vartheta\Delta\vartheta\,.\int_0^{\vartheta}\frac{\sin^2\varphi\,.\,d\varphi}{\{1-k^2\sin^2\vartheta\,.\,\sin^2\varphi\}\Delta(\varphi)},$$

qua formula Integralia tertiae speciei indefinita revocantur ad definita, in quibus Amplitudo Parametrum aequat, ideoque quae ab elementis tribus pendebant, ad alias Transcendentes, quae tantum duobus constant.

Commutatis inter se α et φ, abit ϑ in $-\vartheta$, μ immutatum manet, unde cum insuper sit:

$$\int_{-\vartheta}^{\mu}\frac{E(\varphi)\,.\,d\varphi}{\Delta(\varphi)} = \int_{+\vartheta}^{\mu}\frac{E(\varphi)\,.\,d\varphi}{\Delta(\varphi)},$$

e theoremate I:

$$\int_0^{\varphi}\frac{k^2\sin\alpha\cos\alpha\Delta\alpha\,.\,\sin^2\varphi\,.\,d\varphi}{\{1-k^2\sin^2\alpha\,.\,\sin^2\varphi\}\Delta(\varphi)} = F(\varphi)E(\alpha) - \frac{1}{2}\int_{\vartheta}^{\mu}\frac{E(\varphi)\,.\,d\varphi}{\Delta(\varphi)}$$

obtinemus:

$$\int_0^{\alpha} \frac{k^2 \sin\varphi \cos\varphi \,\Delta\varphi \,.\, \sin^2\alpha \,.\, d\alpha}{\{1 - k^2 \sin^2\varphi \,.\, \sin^2\alpha\}\,\Delta(\alpha)} = F(\alpha)E(\varphi) - \frac{1}{2}\int_0^{\varphi} \frac{E(\varphi)\,.\,d\varphi}{\Delta(\varphi)}.$$

Hinc, subductione facta, prodit:

$$2)\ \int_0^{\varphi} \frac{k^2 \sin\alpha \cos\alpha \,\Delta\alpha \,.\, \sin^2\varphi \,.\, d\varphi}{\{1 - k^2 \sin^2\alpha \,.\, \sin^2\varphi\}\,\Delta(\varphi)} - \int_0^{\alpha} \frac{k^2 \sin\varphi \cos\varphi \,\Delta\varphi \,.\, \sin^2\alpha \,.\, d\alpha}{\{1 - k^2 \sin^2\varphi \,.\, \sin^2\alpha\}\,\Delta(\alpha)} =$$

$$F(\varphi)E(\alpha) - F(\alpha)E(\varphi);$$

quae docet formula, *Integrale tertiae speciei semper revocari posse ad aliud, in quo, qui erat Parameter, fit Amplitudo, quae erat Amplitudo, fit Parameter.*

Ubi in formula 2) ponitur $\varphi = \frac{\pi}{2}$, obtinemus:

$$3)\ \int_0^{\frac{\pi}{2}} \frac{k^2 \sin\alpha \cos\alpha \,\Delta\alpha \,.\, \sin^2\varphi \,.\, d\varphi}{\{1 - k^2 \sin^2\alpha \,.\, \sin^2\varphi\}\,\Delta(\varphi)} = F^1 E(\alpha) - E^1 F(\alpha).$$

Formulae 2), 3) cum iis conveniunt, quae a Cl. Legendre exhibitae sunt Cap. XXIII. pag. 141. (n'), (p').

INTEGRALIA ELLIPTICA TERTIAE SPECIEI IN SERIEM EVOLVUNTUR. QUOMODO ILLA PER TRANSCENDENTEM NOVAM Θ COMMODE EXPRIMUNTUR.

51.

E formula:

$$\sin^2 am \frac{2K}{\pi}(x + A) - \sin^2 am \frac{2K}{\pi}(x - A) =$$

$$\frac{4 \sin am \frac{2KA}{\pi} \cos am \frac{2KA}{\pi} \,\Delta\, am \frac{2KA}{\pi} \,.\, \sin am \frac{2Kx}{\pi} \cos am \frac{2Kx}{\pi} \,\Delta\, am \frac{2Kx}{\pi}}{\left\{1 - k^2 \sin^2 am \frac{2KA}{\pi} \,.\, \sin^2 am \frac{2Kx}{\pi}\right\}^2},$$

quae ex elementis constat, eruimus integrando:

$$1)\quad \frac{2K}{\pi}\int_0^s ds.\left\{\sin^2 am\,\frac{2K}{\pi}(s+A)-\sin^2 am\,\frac{2K}{\pi}(x-A)\right\}=$$

$$\frac{2\sin am\,\frac{2KA}{\pi}\cos am\,\frac{2KA}{\pi}\,\Delta\,am\,\frac{2KA}{\pi}\,.\,\sin^2 am\,\frac{2Kx}{\pi}}{1-k^2\sin^2 am\,\frac{2KA}{\pi}\,.\,\sin^2 am\,\frac{2Ks}{\pi}}.$$

Iam dedimus §. 41 formulam:

$$\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2\sin^2 am\,\frac{2Ks}{\pi}=\frac{2K}{\pi}\,\frac{2K}{\pi}-\frac{2K}{\pi}\,\frac{2E^1}{\pi}-4\left\{\frac{2q\cos 2x}{1-q^2}+\frac{4q^2\cos 4s}{1-q^4}+\frac{6q^3\cos 6x}{1-q^6}+\dots\right\},$$

unde:

$$\left(\frac{2kK}{\pi}\right)^2\left\{\sin^2 am\,\frac{2K}{\pi}(s+A-\sin^2 am\,\frac{2K}{\pi}(x-A)\right\}=$$

$$4\left\{\frac{2q\cos 2(x-A)}{1-q^2}+\frac{4q^2\cos 4(x-A)}{1-q^4}+\frac{6q^3\cos 6(x-A)}{1-q^6}+\dots\right\}$$

$$-4\left\{\frac{2q\cos 2(s+A)}{1-q^2}+\frac{4q^2\cos 4(s+A)}{1-q^4}+\frac{6q^3\cos 6(x+A)}{1-q^6}+\dots\right\}=$$

$$8\left\{\frac{2q\sin 2A\sin 2s}{1-q^2}+\frac{4q^2\sin 4A\sin 4x}{1-q^4}+\frac{6q^3\sin 6A\sin 6x}{1-q^6}+\dots\right\}.$$

Hinc fit ex 1):

$$2)\quad \frac{2K}{\pi}\,.\,\frac{2k^2\sin am\,\frac{2KA}{\pi}\cos am\,\frac{2KA}{\pi}\,\Delta\,am\,\frac{2KA}{\pi}\,.\,\sin^2 am\,\frac{2Kx}{\pi}}{1-k^2\sin^2 am\,\frac{2KA}{\pi}\,.\,\sin^2 am\,\frac{2Ks}{\pi}}=$$

$$\text{Const.}+4\left\{\frac{q\sin 2(s-A)}{1-q^2}+\frac{q^2\sin 4(s-A)}{1-q^4}+\frac{q^3\sin 6(s-A)}{1-q^6}+\dots\right\}$$

$$-4\left\{\frac{q\sin 2(s+A)}{1-q^2}+\frac{q^2\sin 4(x+A)}{1-q^4}+\frac{q^3\sin 6(s+A)}{1-q^6}+\dots\right\}=$$

$$\text{Const.}-8\left\{\frac{q\sin 2A\cos 2x}{1-q^2}+\frac{q^2\sin 4A\cos 4x}{1-q^4}+\frac{q^3\sin 6A\cos 6x}{1-q^6}+\dots\right\}.$$

ubi ita determinari debet *Constans*, ut expressio proposita pro $x=0$ evanescat, unde e §. 47. 1):

$$\text{Const.}=8\left\{\frac{q\sin 2A}{1-q^2}+\frac{q^2\sin 4A}{1-q^4}+\frac{q^3\sin 6A}{1-q^6}+\dots\right\}=2.\frac{2K}{\pi}Z\left(\frac{2KA}{\pi}\right).$$

Formula 2) a $x=0$ usque ad $x=\frac{\pi}{2}$ integrata, cum prodeat $\frac{\pi}{2}$. Const., reliquis evanescentibus terminis, posito $\frac{2KA}{\pi}=a$, $\frac{2Kx}{\pi}=u$, eruimus integrale definitum:

$$\int_0^{\frac{\pi}{2}} \frac{k^2 \sin am\, a \cos am\, a\, \Delta am\, a \,.\, \sin^2 am\, u \,.\, du}{1-k^2 \sin^2 am\, a \,.\, \sin^2 am\, u} = K \,.\, Z(a),$$

quod idem est atque 3) §. 50.

Designabimus in sequentibus per characterem $\Pi(u, a, k)$ seu brevius per $\Pi(u, a)$ integrale: $\Pi(u, a)$ *) $=$

$$\int_0^u \frac{k^2 \sin am\, a \cos am\, a\, \Delta am\, a \,.\, \sin^2 am\, u \,.\, du}{1-k^2 \sin^2 am\, u \,.\, \sin^2 \varphi} = \int_0^\varphi \frac{k^2 \sin\alpha \cos\alpha\, \Delta\alpha \,.\, \sin^2\varphi \,.\, d\varphi}{\{1-k^2 \sin^2\alpha \,.\, \sin^2\varphi\}\,\Delta(\varphi)},$$

siquidem $\varphi = am\, u$, $\alpha = am\, a$. Quibus positis, aequatione 2) rursus integrata a $x=0$ usque ad $x=x$, prodit:

$$3)\quad \Pi\left(\frac{2Kx}{\pi}, \frac{2KA}{\pi}\right) =$$

$$\frac{2Kx}{\pi} Z\left(\frac{2KA}{\pi}\right) - \left\{\frac{q\cos 2(x-A)}{1-q^2} + \frac{q^2\cos 4(x-A)}{2(1-q^4)} + \frac{q^3\cos 6(x-A)}{3(1-q^6)} + \ldots\right\}$$

$$+ \frac{q\cos 2(x+A)}{1-q^2} + \frac{q^2\cos 4(x+A)}{2(1-q^4)} + \frac{q^3\cos 6(x+A)}{3(1-q^6)} + \ldots =$$

$$\frac{2Kx}{\pi} Z\left(\frac{2KA}{\pi}\right) - 2\left\{\frac{q\sin 2A\sin 2x}{1-q^2} + \frac{q^2\sin 4A\sin 4x}{2(1-q^4)} + \frac{q^3\sin 6A\sin 6x}{3(1-q^6)} + \ldots\right\},$$

quae est Integralis Elliptici tertiae speciei evolutio quaesita.

Ubi adnotatur evolutio nota:

$$-\log(1-2q\cos 2x+q^2) = 2\left\{q\cos 2x + \frac{q^2\cos 4x}{2} + \frac{q^3\cos 6x}{3} + \frac{q^4\cos 8x}{4} + \ldots\right\}.$$

---

*) Cl. Legendre paullo alia est denotatio; ponit enim ille $\Pi(n, \varphi) = \int_0^\varphi \frac{d\varphi}{\{1+n\sin^2\varphi\}\,\Delta(\varphi)}$; ita ut, quod nobis est $\Pi(u, a)$, illi erit:

$$\frac{-\cos\alpha\,\Delta\alpha}{\sin\alpha} F(\varphi) + \frac{\cos\alpha\,\Delta\alpha}{\sin\alpha} \Pi(-k^2\sin^2\alpha, \varphi).$$

Quod signum Π ne cum signo multiplicatorio Π, saepius a nobis adhibito, commutetur, vix moneri debet.

videmus formulam 3), singulis evolutis denominatoribus $1-q^2$, $1-q^4$, $1-q^6$, cet., hanc induere formam:

$$4)\quad \Pi\left(\frac{2Kx}{\pi},\ \frac{2KA}{\pi}\right) =$$

$$\frac{2Kx}{\pi}\, Z\left(\frac{2KA}{\pi}\right) + \frac{1}{2}\log.\left\{\frac{(1-2q\cos 2(x-A)+q^2)\,(1-2q^3\cos 2(x-A)+q^6)\ldots}{(1-2q\cos 2(x+A)+q^2)\,(1-2q^3\cos 2(x+A)+q^6)\ldots}\right\}.$$

52.

Integrata formula 1) §. 47:

$$\frac{2K}{\pi}\, Z\left(\frac{2Kx}{\pi}\right) = 4\left\{\frac{q\sin 2x}{1-q^2} + \frac{q^2\sin 4x}{1-q^4} + \frac{q^3\sin 6x}{1-q^6} + \ldots\right\}$$

a $x=0$ usque ad $x=x$, prodit:

